

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131303)



Ca 552

RH

42 A 1932, 23



IN SALVIA

NUM LUCUBRATIO-
NES ALIQVOT DO-
ctorum virorum.:

- I. M. JOHANNIS WEITZII[†]
Gothani Notæ ad Cunr. Ritters-
husium.
- II. TOBTÆ ADAMI Varisci
Notæ ad eundem.
- III. THEODORI SITZMANI
Thuringi Notæ ad eundem.
- IV. JOHANNIS ALEXANDRI
BRASSICANI JC.
Annotationes.



NORIBERGÆ,

Typis & impensis SIMONIS
HALBMAYERI,

ANNO

M. DC. XXIII.



Clarissimo Viro, Du.

CUNRADO RITTERSHUSIO
Jcto & Antecessori Noribergensis
Academiae honoratissimo,
ut & Amico. S.



Habes, ô mi RITTERSHUSI,
charitas mea, habes, quod ex-
egisti: sanctus partibus, im-
plevi opus muneris imperati.
Ea nempe, quae mihi notata ad

Ad Mani-
lium p. 401.
mibi.

Ad Sparti-
an. p. 32.

Vari. l. c. i.

lib. i.

Pindar.
Pyth. 3.

Salvianum, (quem maximus Scaliger san-
ctissimum & Christianissimū Episcopum,
cum Casaubono, Galliarum oculo, indige-
tat; quemq; Jacobus Durant: Casellius e-
loquentissimum & sanctissimum Christia-
nae religionis auctorem asserit;) persuncto-
riā quasi spellā in pagellas istas, tuo rogatu,
an jussu potius? (ἡ τεκναυμα γὰρ Πηδουρίας
λόγῳ ἐρωτικῆς, secundum Tatium) con-
jeci, adeoq; τῶν Φόνως, tuo subactissimo in-
hisce & universā Philologiā judicio sub-
mitto, κεινωειδῶν χάριν. Si parva haec no-
stra eorum sublimibus non erunt paria,



28

TEK-

τίκτορες οἰα σὸ Φοῖ ἀρμοσαν, veniam, apud
te praesertim, mihi, juxta atq; cordatiorum
plerosq; omnes confido paratam, cum sit in
magnis & voluisse satis. τῶν δ' εἰας
ἐρξῃ

τυχῶν κεν, ἀρπαλέαν χεῖρ Φρον-
τίδα πᾶν πᾶρ ποδός :

Ut Pindarus, Musarum illa Siren modu-
latur.

Te vir orū optime, & προσήροφρονι haec
talia, ut quidem sub manu nata sataq; sunt
accipere velle; eccur ambagios a precum
ambitione aures tibi pectusq; pulsam? A te
facies, & vel sic etiam rogatus, atque, ut
capiisti, tuo me deinceps favore amoreq;
si demerebor, prosequi perges. M. Piccar-
tum, Musarum illud αἰθρητιον, tua pace
saluto, cū Virdungo, homine prorsus tali.
Vivere te longum, & valetudine ad vo-
tum uti frui, votum mei cordis primum
est. Gothæ pridie ἑσπῆς χιμερῆς An-
ni ∞ 10. C. X.

Tuae Excell.

Observantissimus

M. Johan. Weitzius.

ttt 4

Te-

Testimonium de Salviano:

Jacob. Philipp. Bergomensis Chron.
lib. 9. p. 227. b. sub anno Chri-
sti 459.

Salvianus, Massiliensis
presbyter, vir divinâ
humanâque discipli-
nâ edoctus, his tem-
poribus eas ob res sua in urbe
in precio fuit; qui & de virgi-
nitatis bono eleganti & aper-
to sermone libros tres com-
posuit: atq; de avaritia libros
quatuor: De præsentiq; judi-
cio libros sex. Epistolarum li-
brum unum. In Genesi ex-
cæmeron lib. i. & ho-
milias multas.

NOTE



NOTÆ AD SALVIA- NUM.

Sciat Lector, numeros paginarum referri ad Parisi-
nam editionem anni M. DC. VIII.

Paginâ 2.

Nitore verborum) Ono- Nitor.
mastic. Græcolat. Nitor, *νιτωρ*.
Inde Gloss. *νιτωρ*, niteo, splendo,
rutilo. Est itaq; tralatio ab afro-
rum fulgore. Quæquam ab aliqui-
bus Mercurii stella speciatim Sulbon appellatur,
teste Apulejo, libr. De mundo. Joh. Baptista Pius
Poster. Annot. cap. 129. Symmach. lib. 2. cap. 56.
Cogitationes nostras religione allicis, & ni-
tore sermonis illuminas. Ovid. 2. pont. 2. v. 29
Eloquii nitor, *Eribid. eleg. 5.* Sic venit è nobis
in tua verba nitor.

Ibid. Ut scholastici.) Scholastici, sunt decla- Scholastica
matores. Adi. Joh. à Wouuveren *Animadvers.*
ad Petron. p. 385. & Erhardi in *Symbolis* p. 542.
inprimis doctorum illum doctorem *Causabonum*
in *Not. ad Capitolin.* p. 416. & seq. & *And. Schot-*
tum Tullian. Quæst. lib. 4. cap. 12.

iii 5

Pag.

Boni viri
pauperes.

pag. 7. Bonos esse in paupertate.) *Prudent.*
Psych. v. 243. Iustitia est ubi semper egens, &
pauper Honestas. *Ibi. U. N. Petron.* Virtus
mediò jacet obruta cœno: Nequitia classes
candida vela ferunt. *Confer Boeth. l. 4. de consol.*
philos. l. 4. profa 5. Aug. de civ. Dei. 2. c. 2. Has au-
tem de re, quod videlicet impiis rebus secundis
ad nutum fluentibus floream: & ad diverso pui ac
probi viri cum erumnis vastentur; mulierum
extant querela. *Psal. 37. & 7. 3. Sidon. Apollinar.*
lib. 7. ep. 6. Quin potius, si requiras, ordinis res
est, & dives hic purpurâ bissoque veletur,
& Lazarus hic ulceribus & paupertate feriat-
ur. Ordinis res res est, ut, dum in hac figu-
ratâ Babylonis fornace decoquimur, nos
cum Jeremia spiritualem Jerusalem suspirio-
sis plangamus ululatus: Et Assur fastu regio
tonans sanctorum sancta proculcet: quibus
ego presentium futurarumq; beatitudinum
vicissitudinibus, cõmunia patientius incom-
moda fero. *Vide ibid. reliqua: ut & a. 2. d. 1. v. 5. v. 7.*
Rittershussum ad Oppian. 2. Halicut. v. 6 8 7.
M. Minut. Felix Octav. Non tantum æquatur
nequitia melioribus, sed & colitur: ut in plu-
ribus nescias, utrû sit eorum detestanda pra-
vitas, an opranda felicitas. Quod si mundus
divinâ providentiâ, & alicujus numinis auto-
ritate regeretur, nunquam mereretur Phala-
ris & Dionysius regnû, nunquam Rutilius &
Camillus exilium, nunquam Socrates vene-
num, &c. *Lege & Lips. Physiol. Stoicor. 1. c. 16.*

Ibid.

Ibid. Successu.) *Cassiodor. l. i. var. 4.* Ad apicem fascium repentinis successibus evolvit. ubi forte an legend. successibus.

Ibidem: Successu rerum deteriores) *Egregie* Superbiare-
Latin. *Pac. Drepani: panegy. ad Theodos. Imp. rû secunda-*
Cum indiscreta felicitum pedissequa sit super-
bia, vix cuiquam contigit & abundare fortuna, & indigere arrogantia. *Et mox:* Denique ipsum illum Tarquinium execratione postrema hoc damnaverunt maledicto, & hominem libidine præcipientem, avaritiâ cœcum, immensam crudelitate, furore vœcordem vocaverunt Superbum, & putaverunt sufficere convictum. *Econtra quod Symmachus scribit lib. 9. ep. 86. oppido quàm verum est:* Ille verè incrementis suis major est, quem sublimitas parti honoris inclinat. *Qui cum Tantalo*
ναπαύει μετὰ ὄλοσ ἔδωκεται, ἀλ' ἄπειρ' ὑπερπλοῖον
*Pindar. Olymp. 1. Plura requirantur apud Eleganti-
ssimum Gruterum, p. 1. 2. Discurs. in Tacit. p. 28. & seqq. nemq; in Commentario nostro Terentianop. 327. & 525. Arist. 2. Rhetor. cap. 16. Inferius lib. 6. m. h. p. 202.*

Ibid. Gaudentes, sibi nequitiaæ studium, *Gaudere &*
benè cedere.) *Perditorum hominum est, gloriari de-*
cum male fecerint, gaudere, & jactare se ob male-
ficium perpetratum: quod in sacris est, gloriari
in malitia. *Psal. 51. & 93. Ciceroni lib. 2. epist. 28.*
In facinore gloriari. *D. Ambros. lib. de Noe &*
Arca. cap. 22. gloriari in criminibus. Et ibidem
cap. 29. turpem esse scribit impudentiam, peccata
sua

su. jactare. D. Bernhardus libr. de conscientia.
pag. 1109. Nil equè exasperat illius tremendi ju-
dici majestatem, quàm peccare, & securè pec-
care, & de vitis quasi de virtutibus gloriari.
Infra p. 263.

Hypocrisis.

Pag. 8. Præferentes titulum sanctitatis)
Ira apud Prudentium psych. v. 790. Latet & lu-
pus ore cruento Lacteolam mentitus ovis
sub vellere molli. *Vide apud Gilb. cognat. cent. 14.
proverb. 1318. speciosum nomen. D. Bernhard.
serm. 66. super Cantica.*

Pag. 6. Miser est. sed suo.) τὸ γὰρ οὐκ εἶναι τὴν ἀρετὴν
κατὰ τὸν νόμον. Pind. Nem. 1.

Pag. 9. Nam virtus in infirmitate perfici-
tur.) 2. Faber. 3. Semest. c. 19. p. 306.

Ibid. Re ipsa tamen beati non sunt.) *Confer*
Boëtii. lib. 4. prosa 2. sub finem.

Pag. 9. Qui iavitus facit.) *Vid. Comment.*
Terent. p. 397.

*Digitia, seu
nummositas*

Pag. 10. Distenta nummis aureis marsupia)
Plaut. *Asinar.* Crumenam are prægnatam.
Et Persæ sc. Paratam: Vomica nominat Tu-
venal. Sat. 14. tensum follem, & tumidam a-
lutam. *Item, sacculum ore pleno turgentem.*
*Pruden. Psych. v. 459. infercire crumenis Tur-
pelucrum, & gravidus furus distendere fiscos.*
*Gruter. 4. suspic. cap. 8. infra lib. 1. ad Eccles. Ca-
thol. pagin. 336. Graves metallo aureo saccos
dicit.*

Ibid. Nisi ad vesperam.) *Mews. ad Ly-
coph. Alexand. pag. 216.*

Ibid.

Ibid. Cum ab aratro arcesserentur ad fa-
sces.) *Lat. Pac. Drepan. Panegy. ad Theodos.*
Sic agrestes Curii, sic vet. Coruncani, sic no-
mina reverenda Fabricii, cum indicia bella
suspendebant, inter aratra vivebant: &, ne
virtus quiete languesceret, depositis in gre-
mio Capitolini Jovis laureis, triumphales vi-
ri rusticabantur. Inde est, quod accepimus,
datos serentibus fasces, & missas cum curu-
libus suis per rura palmatas, quod agricolas
consulares, pastores trabeatos, & dictatores
inter armenta vestitos. Nec illos quidem an-
gusta res familiaris addicebat labori, ut qui-
bus ipsi suburbani horti, præceptusque Janicu-
lum, & jugera artata pomerio, vomere essent,
aut ligone versanda, nec injuria opus reverte-
retur ad dominos, quum deerant, quibus ju-
berent. Vide Ciceronem Oratione pro S. Roscio
Amerino.

Pag. 11. Illi pauperes magistratus.) Valer. Magistra-
Maxim. libro 4. cap. 4. Claudian. de 4. Honoru lim paupe-
Conf. v. 413. *tus Rom. o-*

Pauper erat Curius, Reges cū vinceret armis:
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurū.
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.
Lustrata lictore case, fascesq; salignis
Postibus affixi: colle et a consule messes,
Et sulcata diu trabeato rura colono.

Ibid. Ut egestuosâ ac mendicante Repub.) *Fisci natura*
Fiscus lieni similis est; cujus incremento corpus
tabescit, decremento crescit. Trajan. apud Sexti.
Aurel. in Juliano. *Pag.*

Romani Se-
vet. boni &
laboriosi a-
gricola.

Magistra-
tus Rom. o-
lim paupe-
res.

Fisci natura
Pag.

Profundus. Pag. 12. Profundi cordis.) *Infralib. 4. pag. 78.*
Profunda intelligentia. Vide *Indicem Victorini Massil.* in Profunda ratio. *inf. p. 74.* D. Bernhard. *super Cantica serm. 10.* Non sum ego profundi sensus.

Luxus. Pag. 14. Infirmitas carnis.) D. Hieronymus in *reg. Monach. Tom. 2.* Per luxum & abundantiam copiarum, animæ fortitudo mollescit, & ejus pudicitia constupratur.

Æstuantes medulla. *Ibid.* Turpibus flammis medullæ æstuent.) D. Hieron. *Tom. 2. in reg. Monach. pag. 172.* Non Ætnæignes, non Vulcania tellus, non Vesuvus Olympusque tantis ardoribus æstuant, aut juveniles medullæ vino plenæ, dapibus inflammata.

Mens male sana. *Ibid.* Male sanam mentem.) Saresber: *prefat. ad suum opus:* Et linguæ stimulo mens male sana perit.

Mundi pulcritudo. Pag. 16. Plurimum mundi opus.) *V. N. ad Victor. Massil. prefation. v. 31.* Apulei: *de mundo:* Quid enim mundo præstantius? Lauda, quam potes, speciem: portio à te laudabitur mundi, admirare quam voles temperantiam, ordinationem, figuram: hic & per hunc illud, quodcunque est, invenietur esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatum atque ordinatum videri potest, quod non ab ipsius exemplo imitatura sit Talio? Unde $\eta\theta\mu\omega$ græcè nomen accepit, &c. *Ad Lips. Physiolog. Stoicorum 2. cap. 9.*

Pag.

Pag. 27. Cur ad cœlum quotidie.) Ovid.

2. Pont. 9. v. 23.

Nam quid erit, quare solio dignemur honore
Numina, si demas velle juvare Deos?

Supplex oranti surdas si prebeat aures,
Vestima pro templo cur cadet icta Jovis?

Si pacem nullam pontus mihi preestet eunti,
Irrita Neptuno cur ego iura feram?

Vana laborantis si fiant vota coloni,
Accipiet gravidæ cur suis extra Ceres?

Nec dabit intenso jugulû caper hostia Baccho,
Musta sub mûncto si pede nulla stuant.

Ibid. Si spes tollitur impetrandi.) Infra Spes impetrandi audentia
lib. 4. p. 141. Cum quod fortissimum petenti-
bus adjumentum est, impetraturum se, quod
sic à Deo peteret, credidisset. Symmach. lib. 6.
excitat.

ep. 53. Verecundiam creant ineffaciter postulata.

Ibidem: Patrocinantibus secretis.) V. N. ad Secreta.
Prudent. 2. Cathem. Agell. lib. 12. c. 11.

Ibid. Si aspectus vitaret hominum.) Sars- Aspectus hominum
ster. pr. ef. ad suum opus:

Aspectus hominû cautè vitare memento.

D. Hieron. Tom. 1. de vitando suspecto contubernio: Bona conscientia nullius oculos fugit.

Pag. 26. At aliter expertus est, quam putabat.) Terent. prolog. And. Verùm aliter evenire multò, intelligit.

Ibid. Neque humanæ imbecillitatis est.) Deum ab imbecillitate
Pind. ap. Ch. Alex. Strom. 1. pag. 259. Ἐθεῶν βελύκει-
βηη τῶν
hûana intel-
ligi nequit.

Deum frustra colimus
si nō est providentia.

ἄνθρωποι ἐπινοήσαντες βρογτέα θεῶν, δύσκολον. Et egregie Sophocles:

ἀλλ' ἔγδ' αὐτὴ τῶν θεῶν, κρυπτόντων θεῶν,
μήτ' αὐτὸν, ἔδ' εἰ πάντ' ἐπιέλιθ' ἄσπετον.

hoc est:

Divina nunquam, ipsis tegetibus Deis, Scies, nec omnia usque si pervaseris.

Indago.

Ibid., indagine cognoscere.) *Victor. Massil. præfat. v. 2.* Subtili indagine rerum deprehendere. *Prudent. 2. in Symmach. v. 84.* quæ rare variata indagine.

Dei voluntas.

Pag. 23. Summa justitia est.) *Lips. 2. constantia. c. 12.* *Cyprian. alicubi:* Dei voluntas est sola & vera justitia.

Deus omnia videt.

Pag. 24. Videre omnia Deus dicitur.) *Theophilactus Antiochenus Episcopus epist. ad Antiochum:* ὅτι θεὸς τὰ πάντα ἰφορεῖ καὶ ἔδδ' αὐτὸν λαμβάνει. *Plutarch. in Sympol. septem sapient. c. 1.* ὅτι ἐστὶ τῆς δικῆς ἰσχυρότερος, ἀλλὰ πᾶσι ἐπισημαίνει κινῶν τὰ πάντα ἵνα ἴδῃ τὰ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ νόμον. *V. N. ad Prudent. Caithem. 2. & proverb. Oculus Dei fortissimus. D. Hieron. Tom. 2. De his, qua Deo in scripturis attribuiuntur. p. 55. b.*

Pag. 25. Jubens, ut deserat terram suam.) *Confer Victorin. Massiliens. lib. 3. Commentar. in Genes. & Jacob. Philipp. Bergomatem libro 3. Chron. initio.*

Adversis probatur virtus

Pag. 26. Probatur adversis.) *Basil. M. p. 177.* κωδωνήτην μὲν γὰρ ὁ χόμωρ, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὸ σάδιον, τὴν ἐρατήραν παρορμήσεις, τὴν μεγαλοψυχὴν ἢ συμφορὰν, τὴν χριστιανικὴν, τὴν ἀρετὴν ὁμοιωσὶ καὶ ἡμεῖς ὁμοιωσὶ καὶ ἡμεῖς ὁμοιωσὶ, καὶ εἰ λέγουσιν τὴν ψυχὴν, ὡς τὸ πῦρ τὸν χρυσὸν, ἀπὸ τῆς γῆς.

pag.

Pag. 27. Ultor.) Ultoris nomen ipse sibi tri-
buit Deus, Deut. 32, 35. Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30.
Psal. 93, 1. Ultorem Deum etiam coluit antiqui-
tas, Martem videlicet, qui & Bis-Ultor à gemi-
na victoria dictus. Gyrald. histor. Deorum Syn-
tag. 20.

Deus ultor²

Mars ultor;

Ibid. Cædi aures suas clamoribus.) Ita in-
fra lib. 4. p. 141. Et piissimum Deum tanta pre-
cum ambitione pulsaret. Gunther. lib. 3. v. 50.
Et precibus pulsare Deum. Et lib. 6. v. 317. Ve-
stras justis conquestibus aures pellere non
timeo. Sic etiam Arnobius libr. 4. Ne vestras
aures convicio aliquis petulantiore pulsaret.
Statius in Priscellan: Injustos rabidis pulsare
querelis Cœlicolas. B. Basil. in Ammonitionib.
sed clamor cordis tui pulset aures ejus.

Aures cæde-
re, pulsare;
precibus, cla-
moribus &c.

Pag. 28. Ad instar.) Gloss. instar, ἴσθμι, ὁ-
μοειός, ἴσθμι, ἴσθμι. Et gloss. Græcolat. ἀντιόμοιος, ἴσθμι.
specimen, instar, effigies, ὁμοίωμα, instar. Val.
Max. Habere instar arcis. Ovid. 3. Trist. 4. Gra-
tique erat, instar amoris. Ibidem eleg. 8. Quod
minus interea est; instar mihi muneris ampli.

Instar

Pag. 39. Columnā, nubilam die.) Exod. 13.
Psal. 98, 7. & Psalm. 194, 39. Num. 14, 14. Deu-
ter. 1, 33. Sapient. 10, 17. Deduxit eos in via mi-
rabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce
stellarum per noctem. Et ibid. 28, 3. Nazarian.
homil. in pascha. p. 258.

columna i-
gnea lux I-
sraclitarū.

Pag. 31. Inlatos castris aliorum greges.) Jo-
seph. antiq. Judæic. lib. 3. cap. 1. In sinu volantes,
vuu z

Aves alimē-
tum Israeli-
tis oblatum
defef-
calitus;

defessæ labore volatus, in castra Hebræorum
velut ad terrenâ requiem descenderunt: quas
illi tanquam oblatum à Deo alimentum com-
prehenderunt. Vide eundem *ibid.* cap. 12. & 16.
Prudent. Cathem. 5.

Pop. Jud.
διαγωγή in
deserto.

Ibid. Per quadraginta annos.) *Basil. M.*
pag. 177. ἢ ὃ πάλιν ὁ τῆς ἐρήμου λαός, μονοῆς ἐπιπέσοιεν-
σε, πῶς ἀνονομήτη τὸν βίον οὐ ἔπει ποσομένησθε; οὐκ ἦν
ἐκεῖ σωεῖσθαι αὐτῆ. ἢ βῆς ἔλκων ἀργίεθν ἔχ' ἀλωσ' ληνος, ἢ
τι μίσιον. καὶ τῶν τε ἀφ' ἑλῶ εἶχον ἀπορεθν καὶ ἀνηρεθν, καὶ
τοῖς ἀνηρῶς ἐργασθῆν ἄντεθρ, ἢ ἀπορεθν ἄσπας, ἀλλ' οὐνε-
γείσας ἐπὶ τῆς χρείας.

Ibid. Eicis dulcibus.) *V. N. ad Prudentium*
v. 374.

Buccina ca-
lestes.

Pag. 32. Terribiles buccinarum caelestium
fonos.) *Nonæ Dionys. 6.* ἔρανη γδ βουγυαίος καὶ
ὄρησισι Διὸς (ἡεῦ) μυκίστες σάλπιγγε. *Achilles Tattius*
lib. 3. de Clitoph. πῶς μιν ἀπ' αὐτῆς ἰστέται, μυκίται
ἢ βουγυαίος, καὶ τὸν αἰεθρ γαμίζε βομβῶ, καὶ ὁ μιν
ἀνθρ εἶχεν σάλπιγγ' ἤχον.

Fragor aëris

Ibid. Tremendum undique totius aëris
fragorem.) *Basil. M. p. 73. Ov. 1. Trist. 2.* quan-
tus ab æthere perfonat axe fragor.

Mugiant
pali.

Ibid. Polos mugientes.) *Paulo antiè:* Roran-
tes jugiter escis dulcibus polos. *M. Minus O-*
ctav. Nimbis collidentibus tonitrua mu-
gire.

Fulgur.

Ibid. Ac micare fulgura.) *Apulejus lib. de*
mundo: Quando illa perfracta nubecula pa-
refecerit cœlum, ignescunt penetrabiles spi-
ritus, emicatq; lux clarè; hoc dicitur cœrufca-
re &c. *M. Minus Octav.* Rutilare fulgura, ful-

fulmina præmicare. *Ovid. 1. Trist. 2. Quàm ce-
leri micuerant nubila flammâ.*

*Pag. 33. Quasi in consortium sacrae sôda- Consortium
litis admittens.) Paulo ante: Innumeræ sôdalitatis,
multitudinis plebem in consortium divinæ
familiaritatis admissam.*

*Ibid. Nectaris poculo.) V. N. 1. pont. 11. v. 11.
& Racemat. Casp. Barib. ad Petron. p. 497.*

*Ibid. Cum agros triticeos plenos messibus
demetamus.) Conser. Nonu. in Johan. cap. 4.
v. 175. & seqq.*

*Ibid. Salientes rupibus aquas.) Prudentius Fons saliens
Ppsych. 371. Excidit ille fons patribus de rupe
datus, quem mystica virga elicuit scisci salien-
tem vertice saxi. Et Cathemer. 3. v. 90. Et latices
novos fundit scissa silex; quæ sitientibus dat
potum populis axe sub igneo. Sic apud Catull.
Qualis in aërii pellucens vertice montis Ri-
vus, muscoso profilit è lapide. Arator lib. 2.
vers. 53.*

*Cum percussa silex venis spumavit apertis,
Æquoreos enixa lacus, de vertice sicco
Flumineum largita vadum.*

vide sequentia.

*Pag. 34. Ciborum carnalium recordatio- Luxus.
ne.) Goffrid. Abbas Vindocin. lib. 4. ep. 21. Hac
arte Satanæ multi, qui in regeneratione pri-
ma diabolo, & in secunda diabolo simul &
seculo renunciaverunt, terramque promissi-
sionis, prævio Spiritu sancto, jam ingressi*

fuerant, corde in Ægyptum sunt reversi: & & mannâ fastidientes, ollas carniû, & cætera, quæ divinæ legi erant contraria, petierunt. Habuerunt itaque escas, sed in escis illis retia, quibus captis, & hamum, quo sunt transgulati invenerunt. Videatur & Ar nold. Abbas Bonæ vall. de operib. sex dierum p. 107. b.

Ibid. Nos magis laudamus illa.) Ovid. 7. Fa- stor. v. 225 Laudamus veteres; sed nostris uti- mur annis. Et quod est ap. Thucydidem lib. 2. jure huc tran seres: τὸ τῶν ἀγῶν ἀει πάρο.

Vitium hum: *Ibid.* Hoc humanæ mentis est vitium.)
mētis & gē. Petron. Vitio gentis humanæ capjit scire, & c.
iis.

Ibid. Aliena nobis, nostra plus aliis pla- cent.) P. Syri est. Adi Comment. Terent. pagi- na 711. & seq.

Pœna peccā-
tes statim
sequitur.

P. 35. Quam ut statim consequeretur pœ- na peccantes.) Vich. Massil. lib. in Genes. v. 425. Contermina pœnæ culpa suæ est. Leg. Lips. 2. Constant. 14.

Ibid. Ut partem corrigeret exemplo.) Sic Boët. De Consol. Philos. 4. prosa 4. Corrige ul- tione pravos mores, & ad restum supplicii terrore deduci, cæteris quo quæ exemplum esse culpanda fugiendi.

Pag. 39. Aaron etiam quasi culpæ parti- ceptus. P. Faber. 3. Semest. c. 3. p. 111. & c. 19.

Pag. 40. Candens quasi nix.) Zeknerus si- militud. Biblic. cap. 72.

Lepros.

Ibid.

Ibid. Ventris ingluviem.) *Onomast.* In-
glu-
vies, *λίγνα*. *Supra hoc libro:* Antiquam ventris *Ingluviēs.*
ingluviem bonis præsenribus præferebant.
Oppian. 5. *Halieut:* nominat *νδθ* αίνης *μερρησύνλο*.
Plures hujusmodi locutiones collegit *industriosissi-*
mus Rittershausius, illud doctrinarum multiform-
m culmen, & verè quod dicitur culmen *Mer-*
curii, ad *Oppian* p. 189. & 235.

Pag 41. *Datan & Abiron* murmurant de- *Seditionis ac*
vorantur.) *Basiliius Ma. homil. DEUM* *rebellionis*
non esse mali authorem. pagina 163. *και πάλιν*
κατενόησάμεν άλλο π ιδθ *η φοβειαν, ωρθη της δικυλης*
η θεη κελισως επαρηδροι, επι τω σφρογνεστερης ποιησικη
της σφης αμαρταν δολιδυτες, ως ο δαδαν και αδερων
απο της ης και πεδησαν, βαρθερω αυτους και χρισματα
επαρραχουτων εν αυτω γδ σση αυτοι π τω ποιητω τροπα
της κολασως βελιης γαθασι. πως γδ οι κηλαωτες εις
αδν; αλλα της λοιπης, σφρογνεστερης τω ιαυδειμω
πειποιησαν. *Goffrid, Vindocin. libro 4. epistol. 22.*
Et ut sciamus, hanc Dei vocem cum vera &
summa majestate ejus processisse; ad hono-
rands & vindicandos Sacerdotes, qui in ejus
loco stant, aut de ejus loco cadunt; cum ad-
versus Aaron Sacerdotem tres de ministris,
Chore, Dathan & Abiron, ausi sunt superbi-
re, hiatu terræ absorpti, ac devorati pœnas
statim sacrilegæ audaciæ persolverunt. Nec
illi soli, sed & cæteri ducenti quinquaginta,
qui eorū comites ad audaciam fuerunt, pro-
rumpente à Domino igne consumpti sunt.
Unde vera propositione probatur, quod non
solum

solùm qui contra præpositos Ecclesiæ superbiunt, sed etiam qui consentiunt eis, à Deo damnantur.

AD LIBRUM II.

Testimoniū. Pag. 44. Rectè testimonium esse dicitur.) *Quintil. l. i. inst. Orator. c. 7.*

Rimari. Pag. 45. Univërsa rimari.) *Infra libr. 4. ad Eccles. Cathol. Ac per dōmini sui verba, etiam judicia rimantes. M. Minuc. Octav. Cœli plagas, mundi fata & secreta rimari. Naz. ar. panegy. Constant. Imper. operta mentium rimari.*

Esse in re aliquid. Pag. 46. Aures divinas in precibus esse iustorum.) *Hoc est, ut mox explanat: semper ad audiendas sanctorum preces paratæ Domini nostri aures, semperq; attentæ sunt. Quæcunque autem in re sumus attenti, in ea esse dicimur. Erasmi adog. Mens est in tergoribus. Sic & Horat. totus in illis.*

Pag. 48. Quicumque ille es.) *Forma allocutionis autem ad dōm. supra lib. 1. p. 12. Quæris igitur, quisquis ille es, qua ratione. Infra lib. 5. pagin. 162. Tametsi rectissimè, quisquis ille es, qui solus vis capere gratiam, solus patereis expensam. Invenies & paginâ 174. 362. 363. 378. 391. 414. 433. 436. 442. 444. 454. 460. 463. 467. & alibi.*

*Expositio di
cti Paulini
Abi. 17.*

Pag. 49. In ipso vivimus.) *Arnold. Abbas Bonæ-*

Bonewall. de operib. sex dierum. pag. 4. Ex ipso
& per ipsum, & in ipso sunt omnia: in quo
vivimus, movemur & sumus; quotquot su-
mus sub certo numero certam habentes men-
suram & pondus. Ex ipso sumus origine &
naturâ: Per ipsum sumus doctrinâ & regimi-
ne. Et in ipso sumus unitate dilectionis &
consortio gloriæ, &c.

*Pag. 52. Supra votum.) Infra lib. 7. pag. 207. Votis maior
Abundantiam dederit super vota crescentem felicitas.
ubi nemf. legend. Supra. Panegyri. Const. fil. dicto
ut prosperum habeas etiam, ultra vota suc-
cessum* *Adi Grut. susep. 6. c. 14.*

*Pag. 53. Filio parricida.) Basil. M. homil. in
humilitatem 216.* Θεωσιμὴ δὲ ἀνθρώπων ἐστὶν χρεῖσιν δυνα-
μις, καὶ πέχου ποδῶν, καὶ σωματικῆς ἀμεγερσίας, νόστον
ἐπιφανῶν μύλων, καὶ ὅτι αἰδοῦνται, ὅτι πᾶσι παρέ-
χεται, καὶ πᾶσι δοῦναι ἀνθρώποις, ὡς αὐτὸς χάρις ἐξήραυθη
ἐξ ἑστέρας, καὶ τὸ αὐτὸς ἐξέτισε. τοιαῦται μὲν τῶν ἐπι δι-
ναμικῆς ἀλαστονείας, καὶ ἡλιθιᾶ ἀνοήτης φρονήσεως θεοσεβείας,
καὶ ὁ κατὰ μέτρα φρονεῖν ἀδυνατῶν, καὶ μετὰ τὴν ἐπιτα-
χῆν ἀπειθεῖν αὐτοῦ.

*Pag. 54. In conspectu solis.) 2. Reg. 12, 12. Ego
autem faciam verbum istud in conspectu o-
mnis Israël, & in conspectu solis hujus.*

*Pag. 55. Crepitantia auro.) Prudent. Psych.
v. 335. Bratteolis crepitantia lœca.*

*Ibid. Deponit.) In publico luctu Magistra-
tus, atque adeo totius populus, quicquid ad orna-
menta pertinebat, solebat deponere ac solitiū suorum
cultiū viliori aliquo interdum permutare. Leges
v n n s P. Fa-*

*P. Fabrum 2. Semest. c. 10. Job. Kirckman. lib. 2. de
funerib. Rom. c. 17.*

Orbitas,

*Pag. 56. Acerbæ orbitatis.) Coim. Smy-
neus eo alludit lib. 2. V. 262.*

*ὃ γὰρ δὴ μετρητοὶ ἠγαθέσσι ἀλγῶσι πίν,
ἢ ὅτε πᾶσι δὲ ὀλιγῶσι εἰσορῶσι.*

*Nec alio spectat Ovidius, ubi de Niobes loquitur
supplicio; quam ita queritantem inducit, ut sepe
funera septem natorum efferi conqueratur. Plura
invenies hujus nota apud P. Fabrum 3. Semest.
cap. 8.*

*Cumulus
malorum,*

*Pag. 57. Mali cumulus.) Ovid. 4. Pont. 12.
Hic cumulus nostris absit abestq; malis.*

*Cum oculi etiã foedarentur, &c.) V. N.
2. Trist. V. 103. & Prudent. Ham. arag. v. 376.
Contaminari atq; impiari putantur oculi fa-
cinoris improbi conspectu.*

Pag. 58. In faciem insultaret.) Adi coramem.

*Dei omnipo-
tentia.*

*Terens. pag. 490.
Ibid. Omnipotentia Domini indeficiens.)
Arnold. Abbas Bonæ Vall. De operib. sex Dier.
pag. 7. 6. Nunquam est sola Trinitas, nunquam
egens divinitas, non deesse præsens, non ig-
norare sapiens, non infirmari potest omni-
potens, &c.*

AD LIBRUM III.

*Fundamen-
ta jacere,*

*Pag. 61. Jacta sunt.) Fundamentum, prima
instruendi operis pars est, sicut fastigium supremum
est*

est jam absoluti. Unde quemadmodum funda-
menta jacere, transferunt ad id, quod est institue-
re quippiam: uidem fastigium addere, traducunt
ad rei perfectionem. Cicero 6. Philippi. Eo die
primum Quirites, fundamenta jacta sunt.
Reipubl.

Primor-
rerum.

Ibid. Naturam status sui de stirpe sumit.)
Quia ut inquit lib. 6. pag. 194. ad exordium sui
cuncta respiciunt. Tertullianus lib. 2. aduersus
Marcion. Nulla posteritas non à primordiis
accipit.

Pag. 63. Investigare non audeo.) Nam. *Pia* *ἐὐλαδία*
scrutator Majestatis opprimetur à gloria. Pro-
verb. 25, 26. Veteres hoc illustrarunt exemplo So-
lis, quem intueri non possumus: radius acres sub-
movetur: obtutus intuentis hebetatur, & si diu-
tius inspicias, omnis visus extinguitur. M. Minus,
Octav. pag. 74. Ergo

Ad secreta poli curas extendere noli;

Sed de terrenà mortalis quere Camenà:
ut habent veteres Versiculi: Confer Zehn. cent. 1.
adag. 61. & supra lib. 1. ad p. 22.

Profusio.

Pagin. 66. Si res sibi traditas devorarint.)
Greci id vocant *καταπίειν*, ἢ *καταφαγεῖν* ἢ *εἶπαι*. Ari-
stoph. in Vespiis, *καταπίειν τὰ ἀργύρια*. Profusionem au-
tem talia denotant. Sic Comicus noster: Patria ab-
ligerierat bona. Sic Comedere res sibi bona,
Savian. inf. 4. lib. 4. de avar. p. 104. Vbi vid. plur a
in N.

Pag.

*Præsumptio
iustitiæ.*

Pag. 69. Etiam præsumptione iustitiæ.)
Bene noster Helmodus.

Quis virorum sibi non videtur pius?

Quot habitant simul in his & aliis mœnibus.

Aut qui nemo se partur ex omnibus:

Pessimi quoque se prædicant optimos.

Odiū ex ira.

*Ibid. Ira mater est odiū.) Columban. in Mo-
nostich. V. III. Ira odium generat: concordia
nutrit amorem. Basilius Magn. homilia
n. 102. ὀργὴ ὀδύνη p. 166. & seq.*

*Secare fru-
tices ac ra-
musculos.*

Ibid. Et omnes frutices ac ramusculos secet)
*Basil. M. d. l. p. 167. ἕτα γὰρ αὐτὸν δυνάμειν τὰ πλεῖστα ἔ-
νεκαίον, ἀπὸ τοῦ ὀργῆς αὐτῆς ὀδύνη τὸ πᾶσι τῶν οὐκ ἐπιεικῶν.*
*Goffrid. Abbas Vindocin. lib. 3. ep. 38. Malorum
sem na nullā occasione dissimuletis, sed mox,
ut oriri cœperint radicitus amputetis. Arbu-
busta enim, si statim, ut plantata sunt, concu-
tiantur, radicari non possunt: si verò diutius
tolerantur altius radicem figunt: & quæ prius
poterant quasi solâ manu & absq; difficultate
avelli, nunquam sine securi, & vix cum se-
cure valent deinceps extirpari. Apud Cicero-
nem invenitur & Surculum defringere: de quo
Erasm. in adag.*

*Pag. 10. Malunt reatus suos divinis igni-
bus.) Basilius M. homil. in Gordium martyrem
pagin. 207. πάντα σιφὸς μετὰ τῆς ἰσθμῆς. μετὰ
πικρῆς καὶ ὀδύνης τῆς αἰωνίου κλάστης ἰαυτῶν προ-
μπεύουσιν.*

*Crucis digni-
tas.*

*Pag. 70. Ut plus habeant in crucis nomine
dignitatis.) Basil. M. homil. in Barlaam p. 202.*

ο γδ της μεγαλειωτερας ζωης παθος τω της σφραγης ιδωθην
νεκρον απεραξεται. & βλεπει της κινδυνος, αλλα της σφρα-
γης ο μαρτυς. & φειλη της πληρας, αλλ' δευμοειται βρα-
χεια. & ορα της ηρω μεγαλυνης δημιος αλλα τε αλω-
θεν ανγλιος εσθιμεινους φραξεται & σκοπει τ' κινδυνων
το εσθιμειν, αλλα το τ' επιδλων αιωνιον.

Page 73. Quorum penè oranis vita naufragium est. Basil. M. homil. eis αρχη των παθητων est vita. Naufragiū est vita.
page 187. elegantiſſime deſcribit, quibus & quoi mo-
diuſque Chriſtianus naufraget. Inſpice, nec te
operapannicibi.

Ibid. In tantum.) επι τοσούτο, αδεο οβρια mul- In tantum,
tis vicibus in hoc ſignificatu vocabula. Inſ. p. 74. pro Aedo.
116. 150. 151. 230. 290. 294. 309. 441.

Ibid. Ut ſolâ ei immaculorum actuum puritate.) Civ. 2. de nar. Deor. Cultus Deorum Cultus Dei opt.
eſt optimus, ut eos ſemper, purâ, incorruptâ
& voce, & mente veneremur. Iguir inquit M.
Minus Octav. Qui innocentiam colit, Deo
ſupplicat: qui juſtitiam, Deo libat: qui fraudi-
bus abſtinet propitiat Deum &c.

Ibid. Et vitæ incontaminabilis ſanctitate.)
Juſtin. Mart. paraneſ. 2. Deum velle aut αυρη
καθηνω οσιονη τελειοιδων. Prudentius adē seφ. 10.
v. 357. & ſeqq.

Page 74. De eculeis) Fuſſe equuleum torto- Equuleus,
rium lignum omnes conſentiunt: eundemq; fuſſe
cochlearum, ad extendendum & remittendū com-
poſitum; udem ex Nonio affirmari. Iſidor. Orig. 5.
equuleum ab extendendo dictum putat. Cypr. lib.
de la-

de lapsis: Nunc equuleus extenderet. Cume-
nim equuleus intenderetur, corpora simul extendi
necesseerat. Ammian. Marcell. lib. 14. Intende-
bantur equulei &c. Ubertum tractat de equu-
leo Caesar Baron. in Notis ad Martyrolog. sub 22.
Januar. pag. 64. & seqq. Hieron. Mag. in tract.
De equuleo; itemque Gallon. De martyrum cru-
ciatibus.

Catasta.

Ibid. Catastis que.) Catasta hic instrumentum
est torquendi; dixerunt tamen ab equuleo. Gildas
Sapient. in Orat. Invect. in ord. Eccles. Multo
dignius profectò ad carcerem aut catastam
pœnalem, quàm ad Sacerdotium traheremi-
ni. Martyrolog. 16. Martii. S. Cyriacus. post
longam carceris macerationem liquatà pice
perfulsus, & in catastâ extensus, &c. Caf. Baron
in Not. ad Martyrol. p. 185.

Si, pro an.

Ibid. Videamus si.) Si, pro an. Adi Com-
ment. Terent. in Indice, infra lib. 4. Intelligimus,
si protectionem mereri possumus. *Ibid.* confi-
deremus solas negotiatorum turbas; si aliud
est vita istorum omnium, quàm meditatio
doli, &c.

Quanti pro
quot.

U. 75. Quantos putamus esse.) Quanti
pro quot. Quantitas continua pro discreta; seu
magnitudinis verbum pro multitudine seu nume-
ro. *Infra lib. 4.* Ut canum vel suum more, tan-
tas putet conjuges suas esse, quantas potuerit
libidini subjugare. Item *ibid.* pene sub finem: :
Et necesse erit, ut sit pro tantis reus, quantos
secum

secum traxerit in reatum. *Ambros. in Tobiam cap. 7.* O quantos miseros aliena fecerunt bona! pro quot miseros. *Observavit hoc loquendi genus & D. Rittershusius ad Gunther. lib. 4. v. 373. nemq; Causabon. in Notis ad Spartian. pagin. 36. antequam, sic apud Gracos τὸ ἄλλο τὸ ἴδιον confundit. D. Hieronym. proem. in octavum commentar. Ezech. Quanti nunc Lazari jacent, & quantum purpuræ diversis vestium coloribus proteguntur. Arnold. Bonerwall. pag. 5. Quantas prius ætates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est.*

Tantum abest. Us. &c

Ibid. Tantum ab illo abest.) Paulo ante: Tam procul enim abest, ut cum tunicis etiam alia relinquamus, ut si quo modo, &c. *Paulo inferius hoc libro:* Nam tantum abest, ut aliorum commodis aliquid cum propria incommoditate præstemus, ut omnes vel maxime, &c. *Et epist. 2.* Tantum enim abest, ut displicere ego caritati ac sensui vestro possim, ut etiam illud &c. *Consule Hadrian. Cardinal. de Serm. Latini. pag. 368. Graci τὸ ἄλλο τὸ ἴδιον δεῖ.*

Ibid. Quæ vultis ut faciant.) *S. Columban. in Monastio. v. 84.*

Summa justitie regula

Quod tibi vis fieri, hoc aliis præstare me-

(mento:

Quod tibi non optes, alii ne feceris ulli. *De hoc fufius Clarissimi Viri D. Phil. Camerar. meditat. hist. cent. 1. cap. 98. & Zetner. cent. 3. ad 57. Saresber. lib. 4. c. 7.*

Pag:

Conculcare
id est conte-
mnere.

Pag. 77. Conculcanda.) Calcere & concul-
care pro flocci facere, pro vili habere, aspernari,
nullo habere numero. Inferius hoc libro: Vel illa
quæ displicent, superbix abusione calcemus.
Et lib. 4. in isto; qui Christi mandata concul-
cat. Lib. 4. pag. 111. Deterioris abiectione cal-
catur. Item pag. 112. Verantis iussa calcamus. Et
pag. 145. Nos lecta calcamus. Lib. 5. pag. 152. Le-
gem legimus, & legitima calcamus. Lib. 6.
pag. 184. Nonnullas earum spernere ac calca-
re possunt. Lib. 2. pag. 271. Quæ majores iugiter
quasi nulla conculcant. Lib. 2. ad Eccl. Cathol.
Corporis voluptates admirabilis continen-
tiæ austeritate calcantes. Ibidem lib. 3. pag. 416.
Qui cultum Dei & dignitatem iudicii sui in-
indignitate conculcant. Ad sine est Græcorum
illud, καὶ πατέιν, calcibus proterere; quo de 41. Jun-
cent. 9. ad: 18. & Notæ s. Trist. 9. v. 10.

Servitus.

Ibid. Quos servitutis conditio inferiores.)
Elegans hic est. Saresberi: libr. 8. cap. 12. quem
lege: ut & Forner. lib. 1. rer. quotid. c. 9.

Profundus.

Pag. 78. Profundæ intelligentiæ.) Boëth. 1. 3.
met. 11. Profundâ mente vestigare verum. Gra-
eci pari intelligentiâ usurpant vocem βάθος. Plutar-
chus in Marcello Archimedi tribuit βάθος φρονήσεως
& Themistius alicubi βάθος Δεξιότητος. Hinc Quan-
til. declam. 18. profundæ mentis consilia.

Maledicta.

Pag. 79. Prima semper irarum tela maledi-
ctasunt.) Basil. M. homil. 19. & de 21. & 22. p. 167.
pul.

*pulcherrima huc facientia habes, qua cuius le-
gere in pr. clvi & facile est.*

P. 80. Propè in omnium sensu hoc regnat.)

Bas. M. hom. l. 2. c. 17. v.

*Ibid. Cibo nunquam detractione satura-
mur.) D. Hieron. sup. cap. 9. Proverb. illa verba:
Os impiorum devorat iniquitatem: sicut, in-
quit, famelicus refici cibis desiderat: ita im-
pius, ut iniquitatis executione satiatur, ar-
denter exquirat.*

*Ibid. Detrahens eradicabitur.) D. Bernh. Detrahitio,
super Cantica serm. 24. Sic quippe juxta Pro-
phetam, intrat mors per fenestras nostras,
cum prurientes auribus, & orib. lethalib. po-
culū detractionis invicem nobis ministrare
contendimus. Non veniat anima mea consilio
detrahentium: quoniam Deus odit eos,
dicente Apostolo: Detractores Deo odibiles.
Quam sententiam Deus ipse loquens in Psal-
mo, audi quomodo affirmat: Detrahentem,
inquit, secreto proximo suo hunc perseque-
ba. Nec mirum! cum id præcipuè vitium
charitarem, quæ Deus est, & quidem cæteris
acrius impugnare & persequi cognoscatur.
Omnis, qui detrahit, primū quidem seipsum
prodit vacuum charitate: deinde quid aliud
detrahendo intendit, nisi ut is, cui detrahit,
veniat in odium vel contemptum ipsis, apud
quos detrahit? Fovet ergò charitatem in o-
mnibus, qui se audiunt, linguâ maledicâ: &
quan-*

quantum in se est, necat funditus & extinguit:
non solum autem, sed & in absentibus uni-
versis, ad quos volans verbum fortè per eos,
qui præsentes sunt, pervenire contigerit, &c.
diag. ut idem scribit Bernb. lib. de modo bene vi-
vendi serm. 17. Separa aures à detrahentib. q. à
serpentibus. Fuge detrahentes, quasi serpentes
detrahentes infundunt venenum mortiferum
in auribus se audientium. Qui detrahit, & qui
detrahentem libenter audit, uterq; peccat.
Non solum ille, qui detrahit, peccat; sed ille,
qui voluntariè detrahentem audit.

Terminum non habere. Ibid. Terminum non habet.) *Cypr. serm. 2.*
Mala cætera habent terminum, & quodcun-
que delinquitur, delicti consummatione fini-
tur &c. Zelus terminum non habet.

Invidia in- dolens. Ibid. Quæ solum persequitur autorem suum.)
*Quia ὁ φθὸν ὁ αὐτὸς ἰαθεῖ τοῖς ἐοῖς βελτίον δαμῶσι. An-
tholog. 1.*

*Iustus invidia nihil est, quæ protinus ipsam
Auctorem rodit excrucians animum.*

*Saraber. l. 7. cap. 24. D. Bernhard. libro de modo
bene vivendi serm. 34. Invidia plus nocet sibi,
quàm alteri. Invidia prius seipsam mordet, &c.
& omnium rectissimè Nilus in par anet. capite 15.*
*ὁ φθὸν ἰαθεῖ ἑαυτῷ: ὁ δὲ κατ' ἄλλου φθονεῖ ἑαυτῷ.
φθὸν πάχων ἢ φθὸν ἑαυτῷ. Confer Isidorum Pelusi,
l. 2. cap. 297.*

*Ibid. Omnis clamor auferatur à nobis.)
Basiliius M. homil. x. ὁμοιωμάτων pag. 166, & homil.
ἐν λακίσεις pag. 213.*

Pag.

Pag. 81. Feneſtras quodammodo eſſe men-
tium noſtrarum lumen.) *Gregor. l. 21. moral.*
Cum ſit inviſibilis anima, nequaquam rerum
corporearum delectatione tangitur, niſi quod
inhærens corpori, quaſi quædam egredien-
di foramina, ejuſdem corporis ſenſus habet.
Viſus quippe, auditus, guſtus, odoratus & ta-
ctus, quaſi quædam viæ mentis ſunt, quibus
foràs veniat, & ea, quæ extra ejus ſunt ſubſtan-
tiam, concupiſcat. Per hos enim corporis ſen-
ſus q. per feneſtras quaſdam, exteriora quæq;
anima reſpicit, reſpiciens concupiſcit. *Videan-
tur ibid. plura. uemq; P. Faber 3. ſemeſt. 19. p. 302.*
Ambroſ. l. De Noe & Arca c. 17.

*Senſus cor-
poris fene-
ſtra animi.*

*Ibid. Petulcos impudicorum hominum in-
tuitus noxâ adulterii.) Hinc Chryſoſtomus ipſo
radicē adulterii eſſe curioſam inſpectionem in ſa-
ciem dixit. Ex quo iſtud in Anonii collectaneis
pica porcelas à dicitur & Ica it dicitur. Quamobrem
& qui muliorem libidinis cauſa, ejuſq; potunda
deſiderio aſpexerit, hunc in corde ſuo jam eſſe ma-
chutum, Dominus peritus, ac prudens legiſlator,
idemq; verus & juſtus iudex Evangelio ſuo ſacro
ſancto deſignat. P. Fab. d. l.*

*Ibid. Sicut pulveris labem in ſe oculus non
reciperet.) Ambroſ. l. de Noe & Arca. cap. 7.*
pili ipſi, qui orbem oculorum prætexunt, &
velut quandâ aciē prætendunt, ne ſorde aliqua
vel pulveris caligine pupilla lædatur; & ipſi ex-
cipiunt, ſi quid fuerit illatū, quod oculū poſſit
læde-

lædere. Et hexaem lib. 6. e. 9. Si quid enim de capite sordium decidat, aut arena pulvis, aut ros nebulæ, aut humescens verticis sudor, excipitur superciliò; ne teneras offensâ acie visiones mollium perturbat oculorum. *Infra lib. 5. pag. 264.* Ut in oculum etiam si parva fordes incidat, totum lumen occæcat; sic in Ecclesiastico corpore, &c.

Labes.

Ibid. Pulveris labem.) *Symmach. lib. 6. ep. 7.* pontium ruinas & montium labes, dixit.

Pag. 83. Qui silentio os cohercent.) *Bernhard. serm. de triplici custodia.*

Talis.

Pag. 84. Hoc pati quemque, quod fecerit.) *Infra lib. 5.* Nam hoc tolerabilius esset fermè, si pateretur quisque quod fecerat. *Legatur Zebner. cent. 2. ad. 59. & cent. 3. ad. 98.* quæ semina- verit homo, hæc & metet.

**Infestatio
omnium.**

Pag. 85. Omnes autem nos mutuâ infestatione laceramus.) *Goffrid. Vindocin. lib. 3. ep. 5.* Dum nos invicem, quod criminaliter peccare est, odiò & linguæ gladiò persequimur; pro luce tenebras mundi relinquentes. *Vise. ad D. Heron. Tom. 2. in reg. Monach. p. 277. b.*

**Sentina vi-
tiorum.**

Ibid. Quam sentina vitiorum.) *Infra lib. 7. pag. 255.* Sicut in sentinam profundè navis collusiones omnium sordium; sic in mores eorum quasi ex omni mundo vitia fluxerunt. *Saresber. lib. 7. cap. 24.* Detractores & invidos sic incuria videbis abundare, ac si in eam totius orbis sentinam confluerint, *Transfere*

Cicero

Cicero ad Rempubl. lib. 9. familiar. cap. 15. Sedebamus enim in puppi, clavumque; tenebamus; nunc autem vix est in sentina locus. Gloss. sentina, curia veteris. Item infra lib. 7. pagin. 261. Unam pures illic fuisse libidinum fornicationumque; sentinam, coenum quasi ex omni platearum & cloacarum labe collectum.

Ibid. Propè hæc cuncta sine fine.) Salomo Sine fine. Lexico: Sine fine, sine modo, sine intermissione. Ovid. 1. pont. 12. Vigilantque mei sine fine dolores. Prosper Aquitan. lib. 1. epig. 5. Ne sine fine habeat debita poena reos. Plura exempla congescit Goldastus in Not. ad Columban. p. 97. & 105.

Pag. 86. Morum probrofitatem.) Inferius Probrofitatem. b. l. vitiorum probrofitatem dicit. Et libro 7. pagin. 268. Viros foeminei usus probrofitate, frangere.

Ibid. Non omnes passim intrare praesumunt.) Gulhelm. Forner. in Not. ad Cassiodori librum XI. epist. 32.

P. 87. Aut caedatur, aut propellatur.) Casaubon. in Not. ad Spart. p. 254.

P. 88. Quid aliud est cunctorum negotiantium vita, quam fraus.) Hinc Anacharsis apud Laerium lib. 1. dicebat: τὴν ἀγορὴν ἀεὶ σμῆνεν ἀποκρίσας τὸ ἀδικῆναι ἀπιστεῖν καὶ πωροῦν εἶναι, forum esse locum, mutuis negotiatorum fraudibus & avaritiæ destinatum. Et Athenis ἀγορὴν ἦν ψευδῶν.

Collegimus apud Hippocratem in libris τῶν ἐπιδημειῶν.

Quin & Crus scribit in l. i. iustissime S. proponitur ff. de edil. edict. id genus hominum ad lucrum vel turpiter faciendū pronius esse. Et hoc confirmans quæ Poëta antiqui dicebant. Mercurium Deum præ silem q. furum ac mercatorum; tanquam sc. furtum & mercatura sint quadam cognatione conjuncta. Pluribus Tiraquellus hæc diducit Tom. 1. De nobilitate cap. 33. p. 240. Quare merito juris auctores ita commerciorum utilitati studuerunt, ut omnem tamen dolum amoverent, quem in negotiatione præsentem & frequentem esse intelligebant. Rad. Forn. quod. l. 6. c. 20.

Nobilitas.

Pag. 90. Ut nullus habeatur magis nobilis, quam qui est plurimum. D. Hieron. ad Helvidiam: Nobilitas mundi nihil aliud est, quam inveteratæ divitiæ. Uberius hæc de re disserit plurima lectionis I. C. Tiraquellus Tom. 1. de nobilit. cap. 3.

Ibid. Quod in se semper admittunt. Columban. in Monastich. v. 109.

Quæ culpæ soles, ea tu ne feceris ipse,
Vita aliena tuæ tibi sit cathegita vitæ.
Vide comm. Terent. p. 628.

*Peccantium
multitudo.*

Pag. 91. Non sanat unius conversio criminosa plurimorū. Neq; peccantiū multitudine culpa minuitur peccatorum: ut est apud D. Hieron. Tom. 2. in Reg. Monac. p. 177. a. vide Saresber. l. 7. c. 19. P. Fabrum 3. semest. c. 8. p. 111. Sidon. Apollin. l. 7. ep. 9. Est hæc quædam vis malis moribus, ut innocentiam multitudinis deventent

nustent scelera paucorum : cum tamen è di-
verso bonorum raritas flagitia multorum ne-
queat excusare virtutibus communicatis.

Pag. 92. Filii membra parentum.) *P. Faber. Filii.*
3. Semest. 8. pag. 113.

Pag. 93. Vita à professione discordans. *Infra*
lib. 5. pag. 174. Non conveniunt vestris studiis
facta vestra : non debetis esse amici criminum
qui dicitis vos sectatores esse virtutù. *D. Bern.*
homil. de duob. discip. euntib. in Em. 4. 5. Sic mul-
tos videtis hodie studentes in scripturis, do-
centes in cathedris, prædicantes in Ecclesijs,
sed opera eorum non concordant cum ver-
bis. Consentitur verbis, se nosse Deum, sed
negant factis.

*Vita discor-
dans à pro-
fessione.*

AD LIBRUM IV.

Pag. 94. Ornamentum in luto.) *Idem repe-*
titur inf. l. 2. ad Eccles. Cathol. pag. 379. Boëth. l. 2.
prosa 6. Collata improbis dignitas, non modò
non efficit dignos, sed prodit potius & osten-
tat indignos.

*Dignitas in
indigna.*

Ibidem. : Circulus aureus.) *Zehner. cent. 1.*
ad. 25.

Ibid. Israël.) Mox exponitur, videns Deum, Israël.
Supra l. 2. p. 45. Israël videns Deum interpreta-
tur. *D. Hieron. supr. c. 44. Esaiæ;* Propriè, inquit,
juxta Hebræos & literarù fidè, Israël rectus Dei
dicitur. *Vir. a. videns Deù nò in elementis, sed*

in sono vocis est. *Et in Amos cap. 4. scribit;*
Jacob vocabulum esse nascentis corporis;
Israël nomen benedictionis. *Videatur idem*
Tom. 4. p. 100. de traditionibus Hebraic. D. Bern-
hard. in festo omnium Sanctorum serm. 5. Inter-
pretatur Ægyptus tenebræ, Israël verò videns
Deum: atque ideò ubicunque Israël erat, lux
erat.

Testes fidei
Christiane,

P. 97. Agnus bonos Christianæ fidei quasi
testes esse.) *D. Bernhard. de resurrect. Domini*
serm. 2. Porro fidei vitam opera attestantur,
sicut scriptum est: Opera, quæ dedit mihi pa-
ter, ipsa testimonium perhibent de me. Nec
discrepare videtur ab hac sententia, qui fidem
sine operibus mortuam asserit in seipsa. Sicut
enim corporis hujus vitam ex motu suo dig-
noscerimus: ita & fidei vitam ex operibus bo-
nis. Itaque vita quidem corporis est anima,
per quam movetur & sentit: vita verò fidei
caritas est, quia per illam operatur; sicut a-
pud Apostolum legis: Fides quæ per dilectio-
nem operatur. Unde & refrigerante caritate
fides moritur, sicut corpus animâ recedente.
Tu ergò si videris hominem in bonis operib.
strenuum, & fervore conversationis hilarem;
vivere in eo fidem non dubites, indubitata te-
nens vitæ illius argumenta. Vide eund. in lib.
de modo bene vivendi serm. 1.

Misericor-
dia Dei.

Pag. 99. Ille plus misericordiæ tribuens
quàm severitati.) *D. Bernhard. serm. 1. in Epi-*
phra-

phania Domini pag. 75. & serm. 2. de adventu Do-
mini p. 5.

Ibid. Nequitia servilis.) *Mox* : Ex servis Nequitia.
fures ac fugitivi sunt: ex servis gula ac jugiter
ventri servientes, &c. Confer *Commentar. Te-*
rent. pag. 82. *Juret.* & *Symmach.* pag. 191. *Petr.*
Brosseum in *Not. ad Cassiod.* p. 385.

Aliis severissimum sumus; nobis indulgentis-
simum.) *In aliorum navis perspicendis oculatissimi*
& plusquam lyncei; in propriis talpa. *Seneca de*
vita beata. *Papulas observatis alienas, obsiti plu-*
rimis ulceribus. *Vid. & Zehner.* *Cent. 3. adag. 11.*
& *Isidor. Pelus. epist.*

Ibid. Ex servis enim gula.) *Eurip. in Alc-* *Servi gulosi,*
xand. κικλόν δ' ἔλον ἦν ὁ γαστήρ ἄπειρε, τέκνον δ' ἔδδεν
σκοπῶν.

Pag. 101. Ad furandum egestate coguntur) *Egestas ma-*
Horat. 3. Carm. 24. *le suada.*

Magnum pauperies opprobrium, jubet

Quidvis & facere & pati,

Virtutisque viam deserit ardua.

Ibid. Canonem.) *Lips. 2. Elector. c. 15. Causa-* *Canon ser-*
bon. ad Theophrasti charact. p. 246. *Sorum.*

Ibid. Sed etiam sup^{ra}bia compellunt.) *Ex-* *Fuga serbo-*
emplum Androdi habes apud Agell. lib. 5. cap. 14. *rum unde.*
qui iniquis & quotidianis verberibus ad fugam
se coactum fuisse asseverat.

Pag. 103. Si enim extra suam conscientiam
sunt, quæcunque dico.) *D. Hieron. Tom. 1. e-*
pist. 3. ad Nepotianum : *Nec inveci sumus in eos.*

xxx 5

qui

qui peccant; sed, ne peccent, monuimus. Neg, in illos tantū, sed & in nos ipsos se veri iudices fuimus. Volentesq; festucā de oculo alterius tollere, nostram primum trabem eiecimus. Nullum in se, nullius nomen meā scripturā designatum est. Neminem specialiter me sermo pulsavit. Generalis de vitiiis disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quod talis sit, confitebitur. Et ib. ep. 5. ad Rusticum Monachū, in forma vivendi: scio me offensurum esse quamplurimos, qui generalē de vitiiis disputationē in suam referunt contumeliam. Et dum mihi irascuntur, suā indicant conscientiam; multoq; peius de se, quam de me iudicant. Ego enim nemine nominabo, nec veteris comœdiæ licentia certas personas eligam atq; perstringam. Prudentis viri est, se prudentium scemiarū dissimulare, imo emendare, quod in se intelligat; & indignari sibi magis, quam mihi, nec in monitorem maledicta congerere: qui est iisdem teneatur criminibus, certe in eo melior est, quod sua ei mala displicent. Severus Sulpitius de vita Martini p. 291. Nec v. quemquam nominare necesse est, licet nosmet ipsos pleriq; circumlatrem, sufficit, ut si quis ex his hæc legerit & agnovit, erubescat. Nam sciri scitur, de seipso dictum fatebitur; cum fortasse nos de alio senserim.

Conscientia

Pag. 203. Non à mea sibi hoc lingua dici æstimet, sed à conscientia sua. Nam conscientia peccatoris semper est in poena. Nunquā reus homo securus est: mens enim malè sibi conscientia propriis agitatur stimulis, ut inquit Bernh. lib.

lib. de modo bene vivendi ser. 29. Solerter Tacit.
 lib. 4. Annal. Reperies qui ob similitudinem
 mortu aliena malefacta sibi objectari putent.
 Hinc est, quod occurrit alieni in Agellio:
 His ille auditis insolentissimus adolescens ob-
 ticuit, tanquam si ea omnia, non ab Epicteto
 in quosdam alios, sed ab Herode in eum dicta
 essent. Nimirum de talib. loquitur Justin. Martyr
 ep. ad Zenam & Serenum. τί γ' μοι λέγεις ὅτι ἄλλο τὸ
 δνός σου εἰδὼς τοὺς δόξαι ἀπὸ τοῦ ἀληθοῦς οὐκ ἔστις εἰς ταυτὶς ἐλλογῶν
 καὶ ἵνα ἄλλο περὶ φησὶν ἔχεται ὅτι ἐπινοεῖ, διορθῶν παρὸς αὐ-
 τὸς τείνει τὸ λεγόμενον, αὐτὸν λέγειν τε καὶ τὸ εἶδος οὐκ ἔσται
 δράμα καὶ σκηνὴν. h. e. Quid enim attinet de his
 dicere, qui, pro mala conscientia sua, pro oxii-
 morum colloquia & sermones in seipso tra-
 hant: & ubi aliud quispiam de quocumque referat,
 ad se id dictum pertinere existimant: actionesque
 scenicas & fabulas inde, ut consuetudo recepta
 fert, consingunt. *Selecta ad hanc rem comportant alia
 vir rari ingenii & admirabilis cuiusdam iudicii Gru-
 amicus noster magnus, par. 2. disc. ad Tac. p. 94. & 95.*

P. 103. Quid aliud quorundam praefectura,
 quam praeda?) Sic inf. lib. 7. p. 270. Atque hoc uti-
 tinam illi tantum, qui in potestate sunt positi,
 & quibus jus exercendorum latrociniorum honor
 iple largitur. Et l. 5. p. 159. Nisi eorum proserptioni-
 bus & rapinis, qui exactionis publicae nomen in
 questus proprii emolumenta verterant, & indi-
 ctiones tributarias praedas suas esse fecerunt: qui
 in similitudinem immanium bestiarum non rexerunt
 traditos sibi, sed devorarunt: nec spoliis tantum
 homi-

*Præda ac ra-
 pina magi-
 stratum.*

hominum, ut plerique latrones solent, sed laceratione etiam, & ut dicam ita, sanguine passcebantur, &c. *Mamertin. pasceg. r. Jul. Imper.* Exhaustæ provinciæ partim non minus exitialibus, quàm pudendis præsentium rapinis.

*Sacramenta
connubii.*

Ibid. Connubii Sacramenta.) *Inf. l. 7. p. 232.*
Venerabilis connubii Sacramenta.

Equi.

Ibid. Equi insaniens.) *Basilus M. hexam.*
homil. 10. pag. 49. ὁ Ἰνδουκωνὸς οὐκ ἔστιν ἑκπῶ ἐπιμοσ-
νοῦντο; ἵπποι, ὅ φησι, Ἰνδουκωνεὶς ἐξουστῶν, ἐκείσοι
ἐν τῷ γυναικί. Ἐ πῶστοι αὐτῷ ἕξουστῶν. Ἐ *homil. 1.*
de jejuniis pag. 133. ἵππων ἵπποι Ἰνδουκωνεὶς οἱ αὐτῶν
ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ τρυφῆς οἰστρον ἐξουστῶν τῇ ψυχῇ.

*Matrimo-
nium.*

Pag. 107. Matrimonia honorata.) *Maris*
& *fœmina legitima conjunctio*, ut *radum ponti-*
fici juris auctores, idè *matrimonium*, non *patri-*
monium, appellatur, quod *in liberis tollendis præ-*
cipuum est matrum officium, quibus *ulli sunt ante*
partum oneri, *in partum dolori post partum labo-*
ri. *cap. ult. de convers. infidel.* *Ponitur autem*
Matrimonium pro conjuge: sicut & *conju-*
gium *usurpari amat*: *cujus exempla concessit Siz-*
manus ad Boeth. lib. 2. met. 8.

*Ancillarum
multitudo.*

Pag. 108. Turbas ancillarum.) *Terent. Heau-*
toni. 2. 3. sicut & *Cicero ancillarum gregem*,
dixit.

Labe.

Ibid.) *Labe polluitur.*) *Suprà lib. 2. pag. 88.*
Nomen ingenuum hac flagitorum labe pol-
lui. *Inf. lib. 5. pag. 197.* *Impuritate & labe pol-*
lui

vi. Sic vitis coinquinare dixit lib. 6. pag. 202.
pollui incestu. lib. 7. p. 267.

Ibid. Ut canum.) Canes namq; indifferenter
cum quavis coeunt. Meurs. ad Lycoph. Alexan.
pagina 123.

Ibid. Suum more.) Boeth. lib. 4. prosa. 2. Fœ- Sues.
dis immundis que libidinibus immergitur;
Sordidæ suis voluptatib; detinetur, vide infra
pagina 350.

Ibid. Subjugare.) Notatralatio. Horatius 1. Subjugare.
Carm. 33.

Sic visum Veneri: cui placet impares
Formas atq; animos sub juga ahenea
Sævo mittere cum joco.

Jugum pro
re venerea.

terram lapidibus, plumbo repleti. Plut. ad Princi-
pem indoctum. Bud. l. 5. de asse.

Agere iter. *Pagina 281.* Acturo iter.) Ovid. 1. Pont. 5.
Et brevius, quam nos ille peregit iter. Et 4.
Pont. 20. Et tacite peragens lene Melanthus
iter.

iter. *Supra libr. 1. de gubernat. Dei pag. 20. Agit
iter sine itinere. VValafrid. Strabus de viua B.
Galli lib. 1. cap. 11. Cumque per totum diem i-
ter agerent.*

*Ibidem: Gelu rigentibus) Phœdrus lib. 4. Rigere ge-
fab. 77. Gelu rigentem quidam colubram su-
stulit.*

*Pag. 383. Omnes ad effectum atque appe- Utilitatis
tutum utilitatis) D. Hieron. in reg. Monachor. spes.
Tom. 2. pag. 176. Magis enim quilibet labor sus-
cipiatur, si ante oculos proponatur ipsius la-
boris utilitas, &c.*

*Ibid. Et qui negotiantur.) Appositè sensu
planè genuino Divus Hieronymus Tom. sec. ad
Demetriadem pag. 12. a. Dicas forsitan: Gran- Premis spes
dis labor est. Sed respice quod promissum est. laboris solati-
um.
Omne opus leve fieri solet, cum ejus pretium
cogitatur, & spes præmiis solatium est labo-
ris. Sic durus Agricola in aratum diu cam-
pum, & pinguiore otio glebas, violento vo-
mere scidisse se gaudet, & merum in modum
ipsâ operis difficultate lætus, spem segetis, de
labore metitur. Sic negotiator avidus maria
contemnit; spectare aufus fluctuum spumas,
rabiemque ventorum. Dumque in omni
labore ac periculo lucrum cogitat, & lassitu-
dinem simul obliviscitur & timorem. Nec
seorsim sentit B. Macarius homil. 14. Sic in ex-
positione Symboli Apostolici Ruffinus pagin. 59. b.
Vt*

Ut ergo intelligenti tibi aditus patefeat, rectè primo omnium te credere profiteris: quia nec mare quis ingreditur, & liquido ac profundo sese committit elemento, nisi se prius credat posse salvari: nec agricola semina sulcis obruit, & fruges spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres, affluurum quoq; solis teporem, quibus terra confosa segetes multiplicata fruge producat, ac ventis spirantibus nutriat. Nihil denique est, quod in vita geripossit, si non credulitas ante præcesserit, &c.

Ibid. Et qui agricolantur) *Basil. M. homil.* 27. μερόντων. pag. 192. γεωργός τῶ φερότων αὐτῶ ἀρεμῶν μὴ ἀμφέντων ἀκνηστέρῳ ἐστὶ πρὸς τὸ δεύτερον ταῦς αὐταῖς ἐξέρεαι πάλιν ἐγρηγόρησάντων.

Pag. 384. Novos scilicet cœlos & novam terram) *D. Cyprian. serm. de Ascensione Christi:* & *Bernhard. serm. de quinq; negotiationibus & quinq; regionibus.*

Commodare fidē vel sperā Pag. 389. Fidem commodat) *Mox:* Humanis promissionibus spes commodatur. *Infra l. 4 pag. 465.* Et non credis ei, nec fidem commodas.

Ibid. Omnia in rebus humanis spes) *V. N. 1. Pont. 7. Scalig. in Catalect. p. 232. & seqq.*

Spes.

Ibid. Terris frumenta credimus) *Scal. ibid.* Sperat, qui curvo sulcos perrumpit aratro: Sperat, qui ventis, vela ferenda dedit. *Tibull. lib. 2. Eleg. 6. v. 21.* Spes alit agricolas; spes sulcis credit aratis semina, quæ magno fenore reddat ager.

Ibid.

Ibid. Ideò in vineis.) *Macar. homil. 26.*
pagina 336.

Pag. 390. Latrones quoque ipsi Cic. 2. offic. Spes lucris
Cujus (justitia) tanta vis est, ut nec illi quidem *incitat ad*
qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine *mala factis*
ne ulla particula justitiæ vivere. Nam qui *notæ.*
eorum cuipiari, qui unâ latrocinantur, fu-
ratur aliquid, aut clam eripit; is sibi ne in la-
trocinio quidem relinquit locum. Ille au-
tem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter
prædam dispertiat, aut occidetur à sociis, aut
relinquetur, quin etiam leges latronum esse
dicuntur, quibus pareant, quas observent.
Et pro Sex. Roscio Amer. Sic vita hominum est,
ut ad maleficio nemo conetur sine spe atq;
emolumento accedere. *Nazianz. in fam-
bis Gnomis:*

κρείστων προφή σύμμετος ἐν πορευθήν,
ἢ δεῖπνι ἢ ἀορέσ.

Aut ut Seneca ep. 25. ait: Panem & aquam natu-
ra desiderat: nemo ad hæc pauper est. Intra
quæ, quisquis desiderium suum claudit, cum
ipso Jove de felicitate contendat. *Den Käß
vnd Brodt stirbt man nicht hungerß. Nazianz.
inter cætera ita de se:*

----- αὐτὴ ἐμοίγε.
μύζα φίλη, γλυκὺ δ' ὄψον, ὅλας. χρεδήτε πρᾶπιζα
νηφάλιον δ' ἐπὶ ταῖσιν ἕδωρ ποτὸν ἐστ' ἄριστος
πλήτ' ἢ ἡμῶ, ἢ χρεῖσός ἡμῶν νόον αἰεὶν ἀείρων.

αὐτὴν ἀποκρίστων German dicitur: Parvam ali-
quam

quam ædiculam, & pallium longiusculum,
multum obtegere paupertatis. Ein stein hauß
vnd langer Mantel deckt viel Armut. Zebner.
cent. 2. adag. 86.

Inhiare de
avaritia.

Pag. 391. Cumulandis facultatibus inhies.)
Sulpicius Severus l. 1. sac. hist. Inhiant possessio-
nibus, prædia excolunt, auro incubant.

Distendere.

Ibid. Distenderit.) Supra l. 1. pag. 338. Quid
ad conquirenda terrena, & peritura disten-
deris.

Incubare
auro.

Ibid. Argentis & auri ponderibus incuba-
rint) Infr. lib. 3. pag. 422. Quod opibus, ac ta-
lentis eius germani divites incubant. Et libr. 4.
pag. 462. Incubant defossa à me talentis, pre-
munt argenti, & auri congestas strues. Cypri.
lib. 3. epist. 2. pergit magis fortunis argentibus
incubare, pergit pœnalibus cumulibus pertina-
citer adherere.

P. 392. Nisi aures strepitus verberarit) Piant.
alicubi: Vox aures verberat.

Matrix.

P. 395. In matrice quasi) Supra l. 1. p. 338. Atq;
hæc pietatis matrice gignitur.

Pullulare.

Ibid. Pullularint) Arnold. Boner. all. de operi-
bus sex dierum: De cujus radice omnium co-
gitationum germina pullularunt. Et, Uni-
versitas gratiarum ex radice pullulat charita-
tis. Saresber. lib. 7. c. 17. Quasi de uno fonte, o-
mnium capita pullulant vitiorum. Videntur
Bas. M. homil. eis wd. slev. 64.

Ibid.

Ibid. In ipsa extremitate jam pendens) *Superius*, in extremis situm esse.

Comedere
res vel bona
alicuius.

P. 407. Res suas comedat) *Mox*: Ne desint, qui, te mortuo, quod dereliqueris, vorent. Sic *inferius pag. 406.* Qui res tuas prodigè comedit. *Et pag. 423.* Opes suas aliis devorantibus. *vid supra ad l. 3. de guber. Dei. p. 66.*

Æstuarè.

Ibid. Quid æstuas) *Supra l. 1. pag. 338.* Quid ergo æstas paterna pietas. *Et infra pag. 423.* Inter tormenta æstuas.

Philauia.

Ibid. Omnes sibi melius velle) *Com. Terent. pag. 64. 442. & 826.*

Benè vivere.

Pag. 405. Quam benè alii post te vivant.) *Comm. Terent. p. 280 & seq. itemq, p. 440. Infer. p. 424.* Benè epulari.

Pag. 409. Quasi aqua & igni interdicatur) *Cic. 6. Philipp.* Sic contemnit, tanquam si illi aqua & igni interdictum sit, *Et pro domo sua*: Velitis in beatis, ut *M. Tullio*, aqua & igni interdicatur? *Famil. l. 21. ep. 1.* Aut aqua & igni nobis interdicatur.

Pag. 413. Proprium nil habere) *Com. Terent. p. 99. & Cujac. observ. 11. c. 37.*

Pag. 423. In pure) *Plin. l. 35. c. 6.* Ad deprehendenda pura dixit.

Ibid. Scatentes vermium globi) *Arn. Bonavall. p. 68.* Job scatentem vermibus.

Lazari &
Divitis an-
tithebis.

Ibid. Pauper beatitudinem emit mendicitate) *Goffrid. Vindocin. l. 5. ep. 14.* Eligamus potius pauperem vitam, cum Lazaro humili & despe-

despecto, quam divitias cū glorioso divite, & superbo. Pauperem Lazarum sinus Abrahæ suscepit, glorificandū cum sanctis: Superbum divitem Tartarus horrens absorbit cruciandum, cū impiis. Hic paupertate beatā sortem meruit: ille divitiis perpetuam mortem. Hunc sua paupertas fecit excelsum: illum suę divitiarum fecere dejectū; Dives factus omnino indigens, sepultus est in inferno, & sine fine damnatur; Lazarus in sinu Abrahę collocatus, & Paradisi divitias cōtinens, cum Deo letatur, &c.

P. 426. (Ei spes penitus abscinditur) *Arn. bo. nec. p. 92. b.* Ille autem à spe præclusus, & omnino avulsus à gratia, *Senec. i. de benefic. c. 1.* Ut si spes mihi præcidatur.

P. 427. Nova amentia incessit) *Ter. And. 4. 3.* Nunc nova religio in te isthęc incessit.

P. 431. Illum heredem facio parentē meum) *Radulph. Fov. n. 3. quoud. l. 5. c. 27.*

P. 438. Umbra prætereuntis) *Lego eruditiss. Joh. à Wouvv. pagnion de umbra sciuissimū, & multi iugā doctrina exquisita copia, refertissimum.*

Ib. Somnii evanescentis) *Rit. ad Op. in Hal. v. 30.*

P. 441. Egressurus de domo corporis tui) *Mors. Cic. in Cat. majore. Et ex vita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo.*

Ibid. Nesciens quo iturus) *Ita Adrian. Caesar, moriens quidem, hos versus fecisse dicitur:*

Animula vagula, blanculā!

Hopes, comesq; corporis,

d d d d

Quæ

*Spes abscissa
vel præcisa.*

Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, ut solus, dabis jocos.

Spartian. vid. ibid. Casaubon.

Specula.

*Ibid. Una specula datur) Plaut. Rudente sc.
nunc id est: Nec ulla specula est, quæ salutem
afferat.*

*Frangi mi-
sericordiã.*

*Pag. 447. Misericordiã frangeris) Paulb an-
te Miseratione frangi.*

*Ibid. Defixos in te vultus) Arn. Bonav. Jam
pronus ad infima figebat intuitum.*

*Adulatio fu-
gienda.*

*P. 447. Non respicias adulationes eorum)
D. Hier. Tom. 2. ad Demetr. p. 10. Adulatores ut i-
nitimicos, cave: quorũ sermones super oleum
molles, & ipsi sunt jacula. Vid. eund. ibid. in reg.
Monach. p. 177. Saresb. l. 3. c. 4. 5. 6. 7.*

*consertis ma-
nus.*

*Ibid. Consertis quodammodo manibus.)
Seneca i. de benefic. c. 3. Quid ille consertis ma-
nibus in se redeuntium chorus?*

AD LIB. IV.

*Finis bonus.
esto.*

*P. 451. Nisi bono fine claudatur) Goffr. Vin.
l. 4. ep. 8. Scimus quidẽ, quoniam non omnib.
benẽ inchoantibus æternæ beatitudinis præ-
mium reproamittitur, sed illis solũ modò, qui
perseveraverint habere conceditur. Parũ. n. vel
nihil penitus esse monstratur, benẽ aliquid in-
choasse, quod imperfectũ dimittitur; vi. reliqua.*

Bonũ opus.

*Ibid. De bono opere nihil nimis est) Man-
tan deß guten nicht zu viel thun.*

*Actus vite,
q. fabula.*

*P. 452. Vitæ actibus.) Alludit fabula vel Co-
media*

media partes five actus. Cicero in Cat. majore. Mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam in exercitatu histriones in extremo actu corruisse. Lege *Erasm. adag.* Supremum fabulæ actum addere.

Perseverantia.

Ibid. Sapientia in exitu canitur) *Arn. Bonæ. tia.*
Tota humanæ militiæ gloria, ex ultimis commendatur agonibus. Et cum multi currant in stadio; qui nō lassatur, in cursu, nec deficit, solus ille braviū accipit. Certantes legitime promerentur coronā. & perseverantes in finem, à linguæ aculeo, & laqueo caudę incolumes, & illæsi evadunt.

Ibid. Evasa rerum varietate) Evaso discrimine, *Vict. Mas. l. 3. in Gen. v. 4.*

Evasum, passivè.

P. 455. Artat quippe nos ad retributionem) *Naturæ duce animadvertitur quoque Ethnici, in amicitia requiri mutuū quod de Ciceronis sententia est, eū par voluntas accipitur & redditur. Inde Grecor. admonitioes: δὸς τι, καὶ λαὸς τι αὐτοῦ δίδωκε λαμβάνων* *Zehn. cent. 2. ad. fac. 65. Et. Sen. l. 1. de ben. c. 3. & seqq.*

Beneficiorū vicissitudo.

P. 456. Non eget juxta potentiam suam, sed juxta præceptionem) *V. N. ad Victor. Massil. l. 3. super Genes. v. 26.*

Apotheca

P. 458. A te apothecę ebriosorū vino replentur) *l. 3. p. 405. cuius apothecas copias tuis repleas.*

p. 463. Toreumata mero jugiter madēt) *Priv. Toreumata. Psych. v. 370. veteriq; toreumata rore rigātur.*

Ib. Toreumata) Von v. v. in Nor. ad Sid. p. 249. P. 465. Propola) Scal. in Catalect. p. 42.

dddd 2

Ibid.

Ibid. Salgamentarius) *rec. 1720 dno.*

Pag. 467. Divitias onerum loco) *Apulejus in Flor. de Crat.* Rem familiarē abjicit velut onus tergoris (*ita malim legere cum doctiss. Wovv. v. quam stercoris*) magis labori, quam usui.

*Securitas ca
senda.*

P. 468. Perniciosa securitas) *Bernhard. tract. de interiori domo c. 45.* Nunquam oportet peccitentē habere securitatem de peccatis. Nam securitas negligentiam parit, & sæpe incautum ad vitia transacta reducit.

Ibid. Usurpata absolutio damnationem parit) *Supra epist. 3.* Augmentum reatus est, innocentiam jactare post culpam.

*Ad regnum
per dura i-
tur.*

P. 469. Nisi duris, non itur ad regnū) *Prud. 10. Cath. v. 90.* Per cruciamina lethi

Via panditur ardua justis,
Et ad astra doloribus itur.

D. Bernh. de passione Dom. c. 46. In cellaria regia non nisi per torcular crucis iter est.

*In vitis im-
perata.*

P. 470. Totum durum est, quidquid imperatur in vitis) *Comm. Terent. p. 397.* Totum; posterior etas dicere amavit, potius, quam omnia. *Zeno Veronensis in Psal. 130.* Propheta modestus totum potest: à toto dissimulat. *Serm. de avaritia.* Totum possidet, & de inopia queritur semper: *Et sapius apud hunc auctorem obvium*

*Totum, pro
omne.*

*est: pluraq; exempla collegit industriosissimus Casaubon. in Not. ad Spar-
tian. p. 270. & seq.*

Finis Notarum Joh. Weitzii.

NOTÆ
TOBIÆ ADA:
MI JC.

Ad Salviani libros

DE GUBERNATIONE DEI.

ddad 3

Clas

Clarissimo & Consultissimo Viro,
DN. CUNRADO RITTERSHUSIO
J.C. & Antecessori

Domino & Amico colendo S. P. D.

U T tàm honestæ tàm honorificæ tuæ pe-
titioni quo possim modo satisfaciam,
Clarissime vir, fautor & amice colende, Ecce!
ad te mitto hæc quæ vides paucula, quæ in re-
lectione librorum Salviani in mentem mihi
venire potuerant, præsertim in tanta penuria
hic meorum librorum, qui ad eam rem facere
possent. Consules autem boni quicquid erit,
& judicabis tuam potius iussum hæc à me ex-
pressisse, quam meam audaciam. Tibi enim
quibuscunq; in rebus potero, præstò semper
esse & inservire animus jubet, quem tibi ad-
dixi, ex summa tua in me humanitate jam olim
devinctum. Si igitur ex his meis quædam pu-
tabis facere posse ad quædam loca illustran-
da, omnia tui facio arbitrii. Quamvis non du-
bitè, quin à diligentia tua jam multa aut plæ-
raq; præoccupata sint. Uteris aut delebis quæ-
cunq; visum fuerit. nec opus est, ut illam no-
minis mei mentionem facias. Cujus rei cau-
sam coràm tibi dicam his dieb. Deo volente.
Perlegi saltè libros de gubernatione. Reliqua
percurrere tempus vetat, & hæc nostrorum
studiorum in vita desultoria ratio. B. V. Cl. Vir
& me amare perge. rapt. 22. Feb. 1611.

T. I.

Tob. Adams.

DN



DE GUBERNATIONE DEI.

LIBER I.

R *Agm. 4. Plato & omnes*) Quae duos sunt, & fuerunt apud Ethnicos etiam qualis qualis religionis fundamenta, sapienter advinus Plato legibus suis subjunxit l. 12. de legib. ubi

leges sepulcrales tradidisset; Anima immortalitatem, & Dei Providentiam, quo respexisse videtur Salvianus. Itidem Xenophon l. 1. *ἡσπομνημενευμένητων* in disputatione Socratis & Aristodemi. Item lib. 1. *κρησπαδείας* in fin. ubi preclare: ἦτοι ᾗ, inquit, ἂ πᾶσι, αἰεὶ ὄντες πᾶσι τοῖσι καὶ γυναικῶσι, καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ ὁ, πᾶσι ἡγεῖσθαι αὐτῶν ἀποδείσσεται καὶ ἴσως συμβελευομένων ἀνθρώπων οἷς αὐτῶν ἴλησθαι ἀποσημαίνουσιν ἂν τε γὰρ ποιεῖν καὶ ἂν ἔργη. εἰδὲ μὴ πᾶσιν ἐθέλωσι συμβελεύειν, ἔδει ἡμετέρον. καὶ γὰρ αἰδέσθαι αὐτοῖς ἐστίν, ἂν αὐτῶν θέλωσιν ἐπιμελεῖσθαι. *Quantò* hac sanius quam illa apud Ennium:

Nam si curent, benè bonis sit, malè malis, quòd nunc abest.

Quam Epicureorum sedè a unius inter Philosophos, quae hac aperte negaret, ut rectè postè addit Salvianus, sententiam Lucretius expressit l. 7.

dddd 4

omnis

Omnis .n. per se divūm natura necesse est
Immortali ævo summa cum pace fruatur
Semota à nostris rebus, sejunctaq; longè.

Item :

Nec benè p̄ meritis capitur, nec t̄gitur ira.
Et Cic. 2. *Academ. quasi. & lib. 1. de Nat. Deor.*
Præceptorem Pisonem & Aristoteles sequitur 1.
de partib. animal. ubi de prudendis animalium
paribus acturus refert; cum Heraclicus forte ad
ignem in casa quadam furnaria sedens animad-
vertisset adeuntes ad se timide subsistere; accedite,
inquit, animo sident, quoniam ne huic quidem lo-
co Di immortales desint.

Ibid. Stoici) Ut vel apud unum, si ceteri tace-
antur, videre est Senecam, qui ob id etiam aureum
conscripsit libellum de Providentia, sive quare bo-
nis viris mala accidunt, cum sit Providentia. E-
jus imprimis præclaræ sententiæ vel Christiano ho-
mine non indignæ de ea re hinc inde & in aliis ex-
tant operibus, ex quibus unam saltem nunc adscri-
bam, quæ est lib. 6. de benefic. ubi: Dii non pos-
sunt, inquit, videri nescisse, quid effecturi essent,
cum omnibus alimenta protinus, & auxilia provi-
derint: nec eos per negligentiam genuere, quibus
tam multa genuerant. Cogitavit enim nos ante
natura, quam fecit; nec tam leve opus sumus, ut illi
potuerimus exicidere.

Page 8. Sua conscientia beati.) Sic Seneca e-
pist. 9. Ut scias autem hos sensus communes
esse

esse, natura scilicet dictante, apud Poëtam Comieum inuenies:

Non est beatus, esse se qui non putat,
Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi
videtur malus?

Simile verò argumentum Cicero tractat toto lib. 5. Tuscul. quest. & 2. Paradox. Itemq; Plutarch. libro ei aduersus inuidiam & de uxordominibus. Ad eum modum & Epictetus in Enchirid. pendè ouent n' oueis & πωεί, ἀλλὰ τί σοι πωίνουλι κτ. Φύσιν, ἢ ἄν' ἔσ' ἀρετῆς ποίσι. σὲ γὰρ ἀλλ' οὐ βλάπτει, αὐτὸν οὐ γέλλει. τί τινος ἐστὶν βλάβη μὴ σὲ, ἢ τινος ἀλλοτρίου βλάβη τινος. Quò & S. Chrysostr. perunet sententia, Neminem laedi, nisi à seipso.

Pag. 16. Patrata universitate) Accommodissime. Ut enim pater subolem patrat, sic Deus est pater uniuersi.

Pag. 27. Aut quomodo nos &c.) Hoc eodem argumento Seneca Epicuri impium dogma iugulauit lib. 4. de benefic. Scio quid hoc loco respondeatur. Itaq; non dat Deus beneficia, sed securus & negligens nostri auersus à mundo, aliud agit aut (qua maxima Epicuro felicitas videtur) nihil agit, nec magis illum beneficia quàm injuria tangunt. Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces, & undè q; sublatis in cœlum manibus vot a facientium, prrvata ac publica. Quod profectò non fieret, nec in hunc furorem omnes mortales consensissent, alloquendi sorda numina, & inefficaces Deos: nisi nosset illorum beneficia, nunc ultro ob
ddddd 5 lara

*lata, nunc orantibus data, magna, tempestiva, in-
gentes minus interuentu suo solventia.*

*Pag. 28. Potestate exaltatur) Sic & Sulp Sev.
in sac. hist. cunctantem potestate confirmat, virtu-
tem ei signorum faciendorum impertiens.*

*Ibidem: Decies verberatur.) Sulpitius:
Decem plagis corporis & regni sui confusus & e-
victus est.*

*Pag. 33. Aliena nobis, nostra plus aliis pla-
cent) In hanc de cu' & exel'q' paranda sententiam ro-
za semper Stoa detonuit. Horat.*

*Qui fit Mæcenas, ut nemo quã sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors objecerit, illa
Cõtentus vivat? laudet diversa sequentes.*

*Seneca Epist. XX. Euiamnum dicam unde sit i-
sta inconstantia & dissimilitudo rerum consilio-
rumq'. Nemo proponit sibi quid velit, nec si pro-
posuit, perseverat in eo, sed transit: nec tantum
mutat, sed redit, & in ea que deseruit, ac damna-
vit, revolvitur.*

*Pag. 30. Induviarum.) Isidor. lib. 22, cap. 4.
Induvia, tunica serpentum, ut & exuvia, eo quod
ius quando senescunt sese exuunt. Glossar. in-
dubia, indamenium. uittur & infra pag. 152. In-
duviarum barbaricarum fætoro.*

LIB. II.

*Pag. 55. Feralissimo crimine) Sic supra lib. 1.
pag. 21. feralissimum nephas.*

*Pag. 56. Egestuosus.) Glossar. Egestuosus,
men-*

mendicus. Vitur hac verbo aliquoties. Infral. 4.
pag. 129. homini misero & egestuoso. & lib. 5. p. 159.
item p. 160. & lib. 7. p. 221.

Pag. 57. Deprecatur) de hic auget, ut in depo-
situm, defubito. Nonius in Rogare. Rogare dici-
tur deprecari, pscere.

LIB. III.

Pagin. 65. Et quidem non quæro.) Equi-
ders n. 9.

P. 67. Nofceretur) Nafceretur, quia antea di-
xit, ira mater est odi.

Pagin. 72. Eculeis.) Quale fuerit genus tor-
menti v. elegantem libellum de Eculeo, Hieron.
Magu, cum additionibus ex Sigonio, Jureto,
& Anton. Gallonio à Jungermano editum.

Ibid. Cataftis) Perf. Saryr. ult. Cappadocas ri-
gida pingueis pariffe catafta. ubi v. Doctiff. Ca-
fanbon. in comment.

Paginâ 74. Et ut ipfi putant implere.)
impleri.

Pag. 79. Sciens feneftras quodammodo)
Oculum & mentem iam in puritate, quàm acie
& subtilitate fepiffime conferri, apud omnis gene-
ris autores nulli eſt incognitum. Unde & D. Baſi-
lius rationem reddidit difficultatis, qua fit in ag-
noſcendis propriis vitis; propterea quod oculus
mentis fit oculis corporeis ſimilis. Quemadmo-
dum igitur actio horum in ſe non refleſtitur,
ita

ita nec illius. Quare fit, ut nec faciem propriam
oculi corporei videant, nec propria peccata mens.
his verbis: τὸ ὄντι γὰρ πᾶσι ἴσθαι ἐστὶν ἰσθῆναι. ἔστι δὲ
μόνον ὁ ὀφθαλμὸς πᾶσι βλέπων, ἰσθῆναι δὲ κέρχεται τὸ
ὄσθαι. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἡμῶν ὁ νῦν ὀφθαλμὸς τὸ ἀλλ' ὄσθαι ἀμάρτη-
μα βλέπων βροχὸς ἐστὶ τὸς τῶν ἀμάρτηματων
ἐπιγνώσει.

Pag. 84. In templa) Quod nec apud Ethnicos
licebat, unde illa apud Virg. Procul este profani.
Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. Et ut facile secerni
possit, que ex his à se abdicet, ac velut profana ab
ipso vestibulo sacre disputationis excludat. v. Bris-
son. lib. 1. de formul. Et in hanc sententiam insignis
est locus apud Senec. l. 7. Natural. quest. Egregiè
Aristoteles ait, nunquam nos verecundiores esse
debere, quàm cum de Diis agitur. Intra mus tem-
pla compositi, ad sacrificium accessuri vultum sub-
mittimus, togam adducimus, in omne argumen-
tum modestie fingimur.

Pag. 85. Defleant, * exeunt.) Inter hæc duo
verba videtur aliquid omissum, fortè tale: Ut no-
va perpetrent, exeunt. Idem ferè sequentia e-
vincunt.

LIB. IV.

Pagin. 120. Magis rei & criminosi sumus,
quia non agnoscimus) Scitè in eandem senten-
tiam etiam Seneca. Quid enim prohibet vel paga-
num in his conferre, qua ex ductu recta & sana
rationis profluunt? Sic autem Epist. XXVIII.
Initium est salutis, notitia peccati. Egregiè mihi
hoc

hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se
nescit, corrigi nō vult. Deprehendas te oportet, an-
tequam emendes. Quidam vitis gloriantur. Tu
existimas aliquid de remedio cognare, qui mala
sua virtutum loco numerant? Ideo quantum po-
tes, te ipse coargue. inquire in te: accusatoris pri-
mum partibus fungere, deinde iudicis, novissime
deprecatoris, aliquando te offende. &c.

Pag. 124. Neque enim colit, qui rem san-
ctam non sanctè &c.) Vide quā idem, quem
modo diximus, Ethnicus eadem sentiat, Deum
videlicet epuq, leges sincerè esse colendas. Sic igitur
Epist. XCV. Primus est Deorum cultus, Deos cre-
dere: deinde reddere illis majestatem suam, red-
dere bonitatem, sine qua nulla majestas: scire illos
esse qui president, qui unversa vī sua temperant,
qui humani generis tutelam gerunt, interim dum
curiosi singulorum, hi nec dant malum, nec ha-
bent. Caterum castigant quosdam & coërcent,
& irrogant pœnas, & aliquando specie boni puni-
unt. Vis Deos propitiare? bonus esto. Satis illos
coluit, quisquis imitatus est.

Pag. 127. Tritura.) Vox Varro ni etiam usi-
tata l. 4. de ling. Lat. à terendo.

Pag. 134. Qui in sacrificiis) U. Tertull. in A-
pologet. & Minuc. Felic.

LIB. V.

Pag. 142. Divinæ generationi) Fortè vene-
rationem.

Pag:

Pag. 151. Ut penè unus esse videatur) Respe-
ctu scilicet multitudinis malorum. quemadmo-
dum supra lib. 3. pag. 36. Omnis, inquis, nobilitas ab
his sceleribus immunis est. Parum est id quidem,
quia non aliud videtur nobilitas in omni mundo,
quam unus homo in grandi populo.

Pag. 153. Bagaudas.) Hipopuli & Baucanda
& Bagauda & Vocanda ab aliis dicuntur pro
idiomatium variatione. Diligentissimus harum
rerum inquisitor Abrahamus Ortelius videtur
usque quodam Salviani libro. in quo Baogande scri-
pti fuerunt. Sic enim citat ex hoc ipso Salviani
loco in Thesaurio suo. Sed quid vetat ipsiusmet ver-
ba ascribere, ex quibus melius qui ipsi fuerint, in-
tellegemus? Baucanda, inquit, populi circa Alpes
videntur apud Zosim. 6. forte circa Sabaudiam.
An Bagauda Eutropii? Hoc nomen in Gallia ru-
sticis provinciam populantibus impositum sub Dio-
cleuano. Vocanda hi sunt apud Oros. 7. Baogande
sunt apud Salvianum 5. de Providentia. Baccha-
rida vocantur corrupta in Eusebio Chronico. Ca-
strum Bagaudarum appellatum aliquando locum
agri urbis Lutetia (quod horum Bagaudarum tunc
receptaculum fuit) quem hodie S. Maurdes Folsez
nominant, ut scribitur Vigen. ad Matronam suorum
esse, apud alium lego. Haec enim Ortelius. Eutropius
lib. IX. sic horum meminit: Rerum Romanarum
potius (Diocletianus) cum tumultum rusticani
in Gallia concitasset, & factioni suae Baucadarum
nomen imponerent, duces autem haberent Aman-
dum

dum & Alianum, ad subigendos eos Maximia-
num Herculeum Casarem misit: qui levibus praeliis
agrestes domuit, & partem Gallia reformavit.
Eadem ferè de his Aurel. Viét. in Casarib. sub
Diocletian. ubi Bagaudas manuum agrestium &
latronum appellat.

Pag. 154. Qui exactionis publicæ nomen.)
Graphice depingit hic auctor Exactorum in col-
ligendis tributis & aliis indictionibus iniquitatem,
rapacitatem, crudelitatem & latrocinia. Unde cer-
te ut & ex historia illius temporis plurimæ leges in
C. Justiniano l. 10. & 11. rectè illustrari possunt,
ubi tot tit. hujus materia in sepe sunt pleni quidem
salubrium legum, sed indices pessimorum morum,
De Annonis & Tributis, de Indictionibus, de Su-
perinducto. De Exactoribus tributorum, de Super-
exactionib. de discussorib. de censib. & censorib.
& peragatorib. & inspectorib. de omni agro de-
serto. Vt nemo ad summam parociniam suscipiat rusti-
canos vel vicos eorum, &c. Has LL. qui evolvet,
non facile mirabitur de causis & rationib. illarum
cui vel ex hoc Salviani loco constiterit de misera
provincialium suppressione, qua quantopere carce-
ribus & tormentis exacerbata fuerit, vell. 2. C. de
exactorib. tribut. satis testari potest. ubi Constan-
tinus in hac verba sanxit: Nemo carcerem, plumi-
batamq; verbera aut pondera, aliq; ab insententia
judicis reperta supplicia in debitorum solutioib. vel à
perversis vel irais judicib. expavescat. Idipsum est
quod paulo post Salv. ait: Domos suas deserunt, ne in
ipsis

ipsis domibus torqueantur. Exilia petunt, ne sup-
plicia sustineant, & c. Item inferius Salvianus:
Illud indignius, inquit, ac poenalius, quod omnium
onus non omnes sustinent: immo quod pauper cu-
los homines tributa divitum premunt, & infir-
miores ferunt sarcinas fortiorum, & c. Hujus in-
aequalitatis ex gratia interdum & favore profecti
multi a L. L. etiam testes sunt l. per aequatores 6. C. de
censib. l. 10. de fund. patrimon. l. ult. & penult. C. de
arr. & tribut. l. 8. C. de excus. mun. l. ult. C. de
discuss. omnium clarissim. in hanc Salviani sen-
tentiam l. 1. C. de censib. ubi Constantinus. Quoniam,
inquit, tabularii civitatum per collisionem poten-
tiorum sarcinam ad inferiores transferunt: ju-
bemus, ut quisquis se gravatum probaverit, suam
tantum pristinam professionem agnoscat. Huc rei
medenda per aequatores ordinati fuerunt l. 5. & 6.
C. cod. sed & superexactiones a miseris extorque-
bantur, quas inde, ne ad exemplum Bagaudarum
majus malum Republ. immineret, sub poena capi-
tali Arcadium prohibere oportuit l. un. C. de su-
perexact. Hac de re inveni, ne fallor, h. Salvian-
dum inquit: Et quidem miserrimi pauperes sic-
torum hoc quod diximus, solvunt, quod qua re vel
quaratione solvant, penitus ignorant. Cui enim
licet discutere cur solvatur, aut cui permutitur ex-
plorare quid debeat? Huc discussorum spectavit
officium. Quorum autem semper motuum
in Republ. cause fuerint haec Magistratum rapa-
citates & subditorum excoriationes, si exempla
quis

quis desideret, ei vel nostra hac tempora satis da-
bunt, si vetera nolis.

Pag. 156. Res diversissimas patiuntur, invi-
diam & egestatem.) Merito diversissima. Sic
enim & Socrates apud Xenoph. l. 3. ἀπομνημ. φθόνον δὲ
σοφοῦν ὅτι εἶναι, λύπῳ μὲν πᾶσι ἐξέουσι καὶ αὐτῶν ὄντων, ἔτι
μὲν τοὺς πτωχοὺς ἐπιφίλων ἀπορῶν, ἔτι πτωχοὺς ἐπὶ ἐχθρῶν δὲ τυ-
χῆς γινώσκουσιν. ἀλλὰ μόνος ἐστὶ φθόνος τὰς ἐπιταῖς τῶν
φίλων ἀπερῆς ἀνώδυνος. Et secundum Senoc. ep. 14.
Nudum latro transmittit. Idemq; Cyrus in ele-
gantissima oratione testatur, quam ad Persas ha-
buit apud Xenoph. lib. 7. κερὲς παῖδ'. ὅταν παῖδά τις ἐχθρῶν
τότε παῖδά καὶ φθόνος καὶ ἐπιφιλίας καὶ πολέμου
γίγνεται. Et Plutarch. in libell. ἀπὸ πολυπραγμ. φθόν-
ος ἐστὶ λύπη ἐπὶ ἀλλοτρίοις ἀγαθῶν. Idem elegantissime in
libell. ἀπὸ φθόνου καὶ μίσους, ubi differentiam Invidia &
Odi sic exponit. ὡστὲρ ὁ ἥλιος ἂν αὐτῶν κερυφῆς γί-
νηται καὶ γαῖα κέρως τὸ φῶς ἢ παύσειται τὴν οὐρανὸν αὐεῖλον,
ἢ μικρὸν ἐπιπέσει, ἔτι πολὺ τῶν ἐντυχημένων ἐπὶ λα-
βοῦντων καὶ γινώσκων καὶ κεφαλῆς ἔφθόνου, συστῆσται καὶ
ἀνώδυνος καὶ ἀμπερῶν. τῶ μὲν τοὺς μίσος ὅσα ἀήσθη ἢ
τῶν ἐχθρῶν ἐπισηχῆ καὶ δυνάμεις. ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος φθόν-
ον μὲν ἐδίδεα εἶχε, μισὸν δὲ πολλὰς. ἢ φ' ἂν τέλει ἐπι-
βουλευθεὶς ἀπίθηναι ὁμοίως τῶν καὶ τοὺς δυσνημοῦντας
μὲν φθόνος παύσει τὰς αὐτῶν ἐχθρὰς ὅσα ἀνώδυνος. μισὸς γὰρ
καὶ πενήτων, τὴν ἐχθρὰν γινώσκων. χθονεὶ ἢ εὐδαίμων
δυσχερῆ.

Pag. 167. Quia non ignorantia Dei.) Sic su-
pra hoc eodem libro pag. 147. Ignosci aliquatenus
ignorantia potest, contemptus veniam non mere-
tur. Et infr. lib. 6. pag. 177. Dudum questus sum
deteriores nos multo esse quam barbaros. quia illos
ignorantia legis excusat, nos scientia accusat. Es

eeee

qua

qua sequuntur. Et lib. 6. pag. 210. Voluntas crimen non habet, ubi furore peccatur.

Pag. 171. Caritate & benevolentia.) Ferrum tuatur Principem, melius fides. Senec. Sic alter lib. 1. de Clementia: Errat, si quis existimat, tutum esse ibi Regem, ubi nihil a Rege tutum est. Securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces, nec in adscensum arduos colles emunire, nec latera montium, abscondere, multiplicibus se muris turribusq. sepre. Salvum regem in aperto clementia praeabit. Unum est inexpugnabile munimentum, amor civium. Plinius Panegyri. Discimus experimento, fidissimam esse custodiam Principis, ipsius innocentiam. Hac arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere.

Pag. 172. Nemo malus, nisi stultus.) Horat. lib. 2. Satyr. 3.

Quae mala stultitia, & quemcumq. inscitia veri
Cacem agit; in sanum Chryssippi porticus, & grex
Autumat, haec populos, haec magnos formula re-
Excepto sapiente, tenet. (ges

Plutarchus in Lyfandro: ἀλάττω τοῖς ἀγνοῶσι κα-
τὰ τὴν εἰσὴν τῶν ἀγνοῶν, ὡς τὴν τῶν τυφλῶν τῶν τοῖς
μὴ βλέπουσιν.

LIB. VI.

Pag. 177. Nihil ferè criminum, &c. quod in
spectaculis.) Immania illa spectacula non Chri-
stiani solum (qua dere pleni Patrum libri) sed &
Ethni-

Ethnici seniores quos naturalis aliqua humanitas
tatis ducebat ratio, detestati sunt. Audi graviss. Stoi-
cum Epist. 7. Nihil est tam damnosum bonis mo-
ribus, quam in aliquo spectaculo desiderare. Tunc enim
per voluptatē facilius vitia surrepunt. Item paulo
post. Sed lairocinium fecit aliquis, quid ergo me-
ruit? ut suspendatur. Occidit hominem, qui occi-
dit, meruit ut hoc pateretur: tu quid meruisti miser,
ut hoc spectes? Item. Subducendus populo est tener
animus, & parum tenax recti: facile transitur ad
plures. Socr. Catoni & Lelio excutere mentē suam
dissimilis multitudo potuisset, adeo nemo nostrum,
qui cum maxime cocinnamus ingenium, ferre im-
petum vitiorum tam magno comitatu venientium
potest. Plura de spectac. v. d. epist.

Ibid. Summum deliciarum genus est mori
homines. Idem noster Stoicus ep. 95. Homo, sacra
res homo jam per lusum & jocū occiditur: & quem
erudiri ad inferenda accipiendaq; vulnera nefas
erat: jam nudus mermisq; producitur: satisq; spec-
taculi in homine mors est.

Pag. 180. Theatrorum impuritatibus) Ter-
tull. lib. de spectaculis cap. 10. Ipsa etiam prostibula
publica libidinis hostia in scena proferuntur. Val.
Max. l. 2. c. 5. M. Porcio Catone ludos Florales, quos
Messius aditus faciebat, spectate, populus ut minima
nudarentur, postulare erubuit. De eod. Catone Sen-
neca ep. 97. Catone sedente negatur populus permis-
sisse sibi postulare Florales jocos nudandarum me-
retricum. Isidor. lib. 18. capite de theatro. Idem

verò theatrum, idem & prostibulum: eò quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur.

Pag. 187. Quæ est enim in Baptismo salutari.) *Isidor. l. 18. cap. 59. Hæc spectacula crudelitatis & inspectio vanitatum: non solum hominum vitii, sed & demonum iussis instituta sunt. Proinde nihil esse debet Christiano cum Circensibus insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arena, cum luxuria ludi. Deum enim rogat, qui talia presumpsit, fidei Christianæ prævaricator effectus, qui id demò appetit, quod in læuacro iam pridem renunciauit, id est diabolo, pompis & operibus ejus. V. sele eundem d. l. c. 16. 27. 28. 42.*

Pag. 191. Faciendum aliquid.) *Locus corruptus.*

Pag. 203. Fiscalibus horreis.) *Strabo Siciliam horreum pop. Rom. vocat. M. Cato eam cellam penariam Reipub. dixit. Solinus ait, quicquid Sicilia gignit, siue solis, siue hominis ingenio, proximum esse iis, qua optima judicantur.*

Ibid. Cyrta Carthaginis.) Cyrta per u. xvi. Straboni est. Numidia urbs Masinissa regia. Apud Melam cum aspiratione est Cirtha. Aurelius Victor in Cesaribus. sub Constantino, au Constantinum fuisse appellatum post Maxentii interitum, his verbis: Tum per Africam Sacerdotium decretum Flaviæ genti, Cirthæq; opido, quod obsidione Alexandri ceciderat, reposito exornatoq; nomen Constantina inditum.

Pag. 205. Trever opulentissima.) *Zosimus*
transalpinarum urbium maximam dixit. Hujus
antiquitatem trecentis & mille annis, ante urbem
Romam perscrutatus est Aeneas Sylvius.

Pag. 210. Quid amentius, quàm in malis.)
In hanc sententiam eleganter Xenophon de Socrate
lib. 3. ἀπορημὸν μὲν εἶναι καὶ μὴ εἶναι σα-
φὴς ἢ μὲν τοιαῦτα πᾶσι ἀνεπίσημοῦ καὶ μὲν εἶναι, τὸ δὲ
ἀγνοεῖν ἑαυτὸν, καὶ ἀμὴ οἶδεν διδάξαι τε καὶ οἶσθαι καὶ γινώ-
σκειν, ἐξ ἑαυτοῦ μὲν ἰσχυρῶς εἶναι. Id enim hic possumus
interpretari, se ipsum ignorare; in malis esse, &
malorum intelligentiam non habere, ut Sal-
ustianus ait.

Pag. 213. Et ideò nunc asperis rebus) *Audi*
Stoicum nostrum planè ad sensum Christianum l.
de Providentia: Patrium habet Deus adversus
bonos viros animum, & illos fortiter amat;
& operibus, inquit, doloribus, ac damnis ex-
agitantur, ut verum colligant robur.

Pag. 213. Infantes quoq; & omnes ferè par-
vulos, Et huic geminum planè locum habet idem
quem jam vocavi, Philos. lib. 7. in fin. de benefic.
quem, quia ad sequentia plurimum facit, totum
adscribam. Dii omnium rerum optimi aucto-
res, beneficia ignorantibus dare incipiunt, in-
gratis perseverant. Alius illis objicit negligen-
tiam nostri, alius iniquitatem, alius illos extra
in adu suum projicit, & ignavos, hebetesq;
in luce, sine ullo opere destituit. Nihil omni-
us tamen, more optimorum parentum, qui
naledictis suorū infantium arident, non ces-
sant

sancti Dii beneficia congerere, de beneficiorum
auctore dubitantibus: sed æquali tenore bo-
na sua per gentes populosque distribuunt, u-
nam potentiam sortiti, prodesse.

Pag. 216. Multis ac magnis opus sit: sed a-
nimarum &c.) *Locum hunc suspicor non carere
mendis.*

LIB. VII.

Pag. 220. Ubi non est vera honestas) *Seneca
ep. 17. O Felicem illum, qui non actus tantum,
sed etiam cogitatus emendat.*

*ibid. Urbe Romana) leg. orbe Romano. Sic
enim paullo post: Totus Romanus orbis & mi-
ser est. &c.*

P. 227. Quales putent illic fuisse familias.)
*Plut. ἀπὸ παιδῶν ἀγαθῆς ἰν σὺν. δι' ἄλλας φιλίας ζῶντες,
εἰδὲ τοῖς δέλοις παρήσιον ἔχουσιν ἐπιμαῶν, μὴ τοῖς δὲ τοῖς
διοῖς χωρὶς ἢ τέτων, γένοιτο αὐτοῖς ἴσ' ἀδικημάτων σὺ-
βουλοῦν ἀδοξακαλοῖ. ὅπως γὰρ μέροντες εἰσὶν ἀναίσχως, ἐν-
ταῦθ' αὐτῶν καὶ νέος ἀναίδεσταις εἶναι.*

P. 229. Hæc faciunt jam senes) *Appositive
Seneca Rhetor contro. 14. Senex amens, senex
ebrius, circumdatus fertis, delibutus unguen-
tis, & in præteritos annos se retrò agens, &
validus in voluptatibus q. juvenis exultans,
nonne portentum est? luxuriosus adolescens
peccat: senex luxuriosus insanit.*

*Ibid. Minus prodigiosum peccare locuple-
tes.) Nimirum ut Horatius ait: Stultitiam pa-
tiantur opes: mihi parvula res est, &c.*

*Ibid. Longævitate longæ vitæ.) Delendum
vide-*

videtur longævitare. *Haud dubiè enim quidam imperitus pro longæ vitæ legit longævitare, unde irrepsit duplicatum.*

P. 240. Ora feraret) referaret.

P. 242. Hispania? *Nec immeritò) videntur hîc aliqua deesse. & priora cum interrogatione legendæ sunt.

Pag. 249. Omnes deniq; gentes.) De diversis populorum morib. vide etiam momentem Plutar. ἐν τοῖς ἀλλοθίοις καὶ ἑξ ἑνὸς ἑκάστου. Tum plura de hac re congerentem Bod. 6. 5. Method. hist.

Pag. 254. In monte.) An respicit auctor ad vers. 17. Genes. 19. ubi Angelus ad Lothum dixit, in monte hoc te serva, ne pereas? Antamen ibi vir sanctus non mansit, sed in proximum oppidulum Zoar secessit, nec pœna divina cepit prius, quàm ille in oppido esset, vers. 22. Videtur igitur corruptus esse locus, quomocumq; tandem sanari debeat. forte leg. mandum. ut sit dâdōtis recta priorum, ita enim inquit: & quos ita solos pueros arbitror fuisse, &c.

Pag. 255. Et solet res flagitiosa.) Sic Isidorus de summo bono lib. 2. Majoris est culpæ manifestè quàm occultè peccare. dupliciter enim reus est, qui apertè delinquit: quia & agit & docet, &c.

P. 257. Nam ut in oculum etiam fi) Sic supr. l. 5. p. 80. Sicut salva intuitus incolumitate pulveris fabem in te oculus non recipet: sic vita nostra &c.

Pag. 260. Quotus quisque sapientum est.)

eccc 4

Ratio-

Rationem hujus rei pro sua disciplina egregiã reddidit Stoicus noster Philosophus Epist. 28. Omnia, inquit, quæ superfluunt, nocent, segete nimia sternit ubertas, rami onere franguntur, ad maturitatẽ non pervenit nimia fecunditas. Idem quoq; animis evenit, quos immoderata prosperitas rumpit, quia non tantum in aliorum injuriam, sed etiam in suam utuntur.

P. 263. Ac si levior est.) leg. ac sic levior.

Ibid. Soli tributa solvat.) Hanc de tributis pauperum querimoniam repete latius ex libr. 4. & 5. supra.

LIB. VIII.

Pag. 274. Nos ergo adversum nos.) Id quod & apud Philosophos in confesso fuit: Malum nocere sibi ipsi. Senec. Epist. 81. Attali dictum refert: Malitia ipsa maximam partẽ veneni sui bibit.

Pag. 275. Coelestem illum Afrorum Dæmonem.) Videtur Deam Syriam intelligere, de qua Lucianus libellum scribit ad m̄s oveius J̄sũ. & Apulei. lib. 8. de Asino.

Pag. 281. Taureis cædebatur.) Juvenalis: Taurea punit continuo flexi crimen facinusq; capelli.

Finis Notarum Tobie Adami.

NO-

una egregia res.
ad. Omnia,
segerē nimia
sicut, ad ma-
unditas. Idem
moderata pro-
m in aliorum
ritur.
clevior.
no de tribu
ss ex libr. 4.

os.) Id quod
Malum in-
tem refert:
si sui bibit.
orum Da.
elligere, de
vobis 78.

renalis:
cti-

lami.

NO.

NOTÆ
THEODORI
SITZMANI
AD SALVIANVM.

cccc 5

Cla-



Clarissimo & Amplissimo Viro,

DN. CUNRADO RITTERSHU-
SIO, Antecessori, & Consiliario No-
rico, Præceptori omnib. mo-
dis honorando & æsti-
mando, S. P. D.

N*ite graves lauranis insanum fori*
Contentiones implicant;
Nostras serena fronte sublimum Notas
Ad Salvianum pellege.
Probaprobandas, improbandas improba,
Nec parce censoris stylo.
Sic Salvianus saluus orbis in plagis
Cunrade per te floreat.
Sic saluus orbis in plagis clarissimum
Per Salvianum floreas.

Theod. Sitzman.
Thuringus.

DE



DE GUBERNATIONE
DEI.

Ad præfationem.

Pag. 2.



Nos autem qui rerum Res verborum
nitore potio
res.
magis quam verborum amato-
res.) *Manlius:*

Ornari res ipsa negat, cõtenta doceri.

*Porro ut Salvianns, ita & Herodianus in proe-
mio sua historia eos perstringit scriptores, qui mi-
nus multam in rerum & veri peruestigatione
quam in exornanda componendaque ora-
tione industriam posuerint.*

AD LIB. I.

*Pag. 4. Pythagoras Philosophus) De hujus Pythagora
habitu, moribus & præceptis præter alios A.
Politianus in Lamia, & Rittershusius noster No-
tus ad Porphyrium seu Malchum de vita Pytha-
gora.*

Ex

Ex quo omnia animalia, quæ nascuntur,
vita[m] capiunt.) *Ad illud Pythagoræ dogma utiq[ue],
respectu Boëth. l. 3. de consolat. ita canens:*

Tu causis animas paribus, vitasq[ue]; minores
Provehis, & levibus sublimibus curribus aptans,
In coelum, terramq[ue]; seris, &c.

*Pagin. 6. Epicurizantium deliramenta.)
Nihil rectius hac lectione. Ita Rutilius in Itinera-
rio de Judæis.*

Cætera mendacis deliramenta catastæ,

Nec pueros omnes credere posse reor.

*Corn. Ru-
nus cur se-
ntu motus.* *Pag. 10. Patricium hominem, quod usq[ue] ad
decem argenti libras) Fuit is Pub. Cor. Rufinus,
quem Cic. lib. 2. de Orat. avarum quidem & fu-
racem; sed strenuum & bonum Imperatorem ait
existisse. De hoc Epit. Liv. cap. 24. Fabricius Cen-
sor Pub. Cornel. Rufinum Consularem Sena-
tu movit, quod decem argenti pondo facti
haberet. Alioqui testatur Agellius, eundem bis
Consulatum & Dictaturam functum tunc, cum à Fa-
bricio censoria gravitate fuit damnatus. Alia vid.
in not. 7. Lipsii ad Senec. de vita beata c. 21.*

*mundi pul-
critudo.*

*Pag. 15. Pulcherrimum mundi opus) Boëth.
lib. 3. de consolat.*

----- pulcrum pulcherrimum ipse

Mundum mente gerens -----

*ad quem locum vide quæ ex Laërt. & Apulejo ob-
servavimus.*

alia.

*Pag. 27. Feralissimum nefas) hoc est, morte
piandum, ut ait Juvenal. Adeo deprehendimus
pas-*

passim ex scriptis Salviani, non saltem illa feralia
fuisse vocata, quae ad curas, ritus & officia, quae
mortuis impendebantur, pertinuerunt, de qui-
bus Jacob. Revard. lib. 5. varior. cap. 3. M. Ant.
Delrio in advers. ad Senec. Herc. Furent. v. 1245.
Verum etiam crimina & scelera quae penam san-
guinis irrogantia efficiebant, ut homines malefici
& nefarii novâ pompâ morti ducerentur.

AD LIB. II.

Pag. 42. Sed cogitat de imperitoribus for-
te aliquis, si sic aguntur.) Ex mente & opinio-
ne eorundem imperuorum ut Boëthius libro 1. de
consolat. Imperitio- rum de pro-
sidentia De
opinio.

Omnia certo sine gubernans
Hominum solos respicis actus.
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica versat
Fortuna vices? premit infontes
Debita sceleri noxia poena:
At perverfi resident celsio
Mores folio, sancta q; calcant
Injustâ vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris, justusq; tulit.
Crimen iniqui.

Pag. 50. In crucem non manu factam.) Ita
elegantè vocat quercum, de cuius ramo Absa-
loms pependit.

Pag. 53. Thamar Ammonis furore corrumpitur
Furore cor-
pitur rumpi.

pitur) Cur furore? an quia amor illic^{us} plenius sic
furoris & insania? Ita sane, quod & Platoni pla-
cuit l. 3. de Rep. & Cic. 4. Tusc. Virg. 4. Aeneid.

Tempus inane peto, requiē spaciūq; furori
Dum mea me victā doceat fortuna dolere.
Senec. in Hippolyto v. 360.

Torretur æstu tacito, & inclusus quoq;
Quamvis regatur, proditur vultu furor.

Hoc ipsum est quod scripsit Alex. Aphrodisiensis in

Erinnys à probl. Erinnyn Furiam à Cupidine fuisse ama-
Cupidine a- tam; videlicet quia multi iniquē amarunt, impij q;
mata. fuerint cupiditatibus affecti.

AD LIBRUM III.

Eucleus.

Pag. 63. Scil. ut sicut apud Hebræos) Carol.
Sigonius, de Rep. Hebr. l. 7. c. 3.

*Amantium
oculi aliquid
maleficium
in se habent.*

P. 70. De eculeis catastisq;) *Eculus* catasta
fuit lignea, cochleata ad intendendum ac remit-
tendum apta, atq; ad torquendos homines, ut facti
veritas eliceretur, instituta. Tormenti vero genus
in eculeis & catastis quodnam fuerit, prodiderunt
Ant. Comius ad l. nullus. 4. C. ad L. Ful. majest. at.
Car. Sigon. lib. 3. de judic. c. 17.

Pag. 77. Omnes improbas cupiditates in cor
per oculos quasi per naturales cuniculos in-
troire.) *Amantium oculi* nescio quid male-
ficium & incantatorium in se habeant. Ecce! vi-
disti mulierem, bona visa est, placuit, haec affectio
quam videndo hausisti, ab oculis ad cor transmitti-
tur. eam vocamus amorem; qui in corde sedem
figit

figit, & ut inquietus est, sanguinem cordi circum-
fusum agitat: agitatus sanguis subtilissimos quos-
dam calidissimosq; vapores per uniuersum corpus
diffundit: hi cum in omnia membra faculas quas-
dam seu scintillas diuidant, potissima tamē partem
ad oculos mittunt. Vapores enim leues admodum
altiora petunt, & qua ingressi sunt, exitū querunt.
Oculi itaq; his faculis pleni in aciem oculorū ami-
ca intenti, igniculos seu radios suos in radios oculo-
rum amica immittunt, & eos contagione suā infi-
ciunt: Deinde non secus in amasiā cor illabuntur,
atq; solis radii vireas fenestras penetrant. Inde con-
festum ut cor occuparunt, aīte, os nascitur. Itā pre-
clare M. Ant. Delrio in Advers. ad Senec. Herc.
Oet. v. 452. Apprimē verò huc pertinere autumo
verba improbiss. & libidinosiss. istius noverca, qua
ap. Apul. l. 3. Met. pr. vignum, ad quem impudicos
adjecerat oculos, ita ad fatur: Causā omnis &
& origo praesentis doloris & etiam medela i-
psa, & salus unica mihi vitæ tutē ipse es. Isti
enim tui oculi per meos oculos ad intima de-
lapsi praecordia, meis medullis acerrimum
commovent incendium.

P. 84. Quid aliud est cunctorum negotian-
tium vita) Anacharsis Scythia, ut refert Diog. La-
ert. l. 1. dicere solius est, forum esse locum mu-
tuis negotiationum fraudibus & avaritiæ de-
stinatum. Adis Radulph. Foruer. eruditiss. patris
eruditiss. filium, l. 6. rer. quotid. c. 20.

AD

AD LIBRUM IV.

*Dispensato-
ris officium.*

Pag. 95. Quia etiam si eis stipendia usitata prætentur, Per dispensatorem scilicet, cuius officium fuisse videtur, servus reliquis usitata quædam per canonem certum stipendia, certosq; frumenti modios in mensem præstare, ut auctoritate Terentii, Donati & hujus nostri Salviani, evidenter probat Jacob. Revard. l. 5. varior. c. ult.

*A diversis
ministeriis
diversa ser-
vi sortiebã-
tur nomina.*

Pag. 96. Pavent quippe actores, pavent silentarios, pavent procuratores. A diversis ministeriis & servilibus officiis diversa olim nomina habebant servi. Aut enim erant ordinarii, aut erant vicarii, aut deniq; mediaestini. Horum functiones quas fuerint, non satis hæctenus constituisse conqueritur Revard. lib. 6. varior. c. ult. Idem tamen ibidem asserit. in MS. suo de verborum juris significatione, antiquissimo libello, sic scriptum se invenisse: Servus ordinarius est, qui aliis servis præpositus est: Servus vicarius est, qui servo subministrat ordinario: Servus mediaestinus est, qui medium gerit actum, nec inter ordinarios servos, nec inter vicarios, sed medius inter hos & illos connumerandus est. Inter ordinarios, sive lautiores servos actores, silentarios & procuratores esse referendos, perspicuo hic ex Salviano discimus. Servus cui rerum omnium summa imminebat, & earum administratio commissa erat, actor dicebatur. Revard. d. cap. ult. Petr. Fab. lib. 2. semestr. cap. 12. Qui vero vel in fami-

Astor.

familia ceterorum servorum murmur cohibebat,
 vel silendis & arcanis dominorum consiliis inter-
 esse solebat, silentiarius appellabatur; ut ex Senec.
 & Procopio observavit Barnab. Briffon. Procura-
 tores quinam vocati fuerint, ipsemet noster docet
 Salvian. supra lib. 3. pag. 63. illi nimirum, quibus
 homines divites vel supellectiles copiosas, vel
 cellaria opulenta credebant; quos ipse quoque
 Plautus inter prima nota servos connumerat in
 Pseud. Act. 2. Scen. 2.

Silentiarius
 Procurato-
 res.

H. Quid istuc verbi est? P. Condu, pro-
 mus, procurator peni.

H. Quasi te dicas atriensem? P. imò atri-
 (ensi ego impero;

* Familiari optant.) Scite de servis, ac sifa-
 mulari optent. Ita Aciadne apud Catul.

Servi famu-
 lari optant.

Quæ tibi jucundo famularer serva labore.

Pag. 100. Quia illi cum occidunt servulos
 suos, jus putant esse, non crimen.) Quamvis
 supra a illa potestas, quam Theoph. r. de his qui
 sunt sui vel alieni jur. ἀνεξιζήτων, Plato epist. 7.
 δυνάσταιον δὲ λέγει appellat; æque parentibus in libe-
 ros, ac dominis in servos olim jus necis ac vitæ per-
 mitteret, l. in suis. ii. ff. de lib. & postb. l. 2. §. igitur.
 ff. de his qui sunt sui vel al. antiqua tamen ista
 severitas posteriorum legum æquitate temperata
 est; & quod ante jus erat, crimen haberi cœ-
 pit, ut patet hic ex Salvian. Quapropter hodie nec
 Dominus in servum, nec pater in filium jus et pote-
 stas abuti debet, sed utriusque moderata ianum.

Occidere ser-
 vos olim jus,
 nunc crimen

ffff emen-

emendatio permittitur. l. un. C. de emend. ser. v. vid.
Radulph. Forn. lib. 1. rer. quotid. c. 3.

Deus fons &
origo omnium

Pag. 111. Ipse est enim fons & origo cuncto-
rum.) Boet. lib. 4. de consol.

Sedet interea conditor altus
Rerumq; regens flectit habenas,
Rex & Dominus, fons & origo.

Scythae & Ge-
pidae.

Pag. 129. Nunquid Scytharum aut Gepida-
rum inhumanissimi ritus.) de quibus videri po-
test Fornandes in hist. Gothorum.

AD LIB. V.

Pag. 143. Scientes bona non bene agimus.)
Medea apud Ovid.

---- Video meliora proboq;

Deteriora sequor.

Phaedra apud Senec. in Hippolyt. v. 156.

--- quae memoras scio

Vera esse nutrix: sed furor cogit sequi
Pejora, vadit animus in praecipua sciens:
Remeatq; frustra sana consilia appetens.

Et v. 695.

Ipsa nostrae fata cognosco domus,
Fugienda petimus, sed mei non sum potens.

Mos proscri-
bendi bona
eorum, qui
statis indi-
cationu tem-
poribus tri-
buta non pen-
debant.

Pag. 146. Jam vero illud quale, quam sa-
vum.) Moris erat ut eorum, qui statis indictionum
tributa non penderent, bona proscribe-
rentur, & publice venundarent. leg. fundus, 9.
S. de rescind. vendit. Et idcirco debuit, qui ab
ejus-

ejusmodi proscriptio tributa non solventes, am-
bitiosus Decurionum aliquibus decretis tuti erant
recte indemnes esse, & indemnitate[m] aut gratias
aut largitionibus redemisse dicebantur. Quod mi-
rum in modum hic à Salviano confirmari scri-
bitur. Revard. lib. 5. var. c. 6.

Fiscalis debiti titulos.) hoc est nomina sive ^{Fiscalis de}
causas, ut exponit Revard. cap. 7. de auctoritate huius tituli.
Prudentum. Vide Jurem ad Symmach. l. 2
epistol. 27.

Pag. 152. Veniunt plerunque novi nuncii, ^{mos honorā-}
novi epist.) ^{di legatos in} Moris erat, ut hi, qui in Provin-
cias à Senatu Romano, aut ab Imperatore aliis ^{provincias}
ve potestatibus sublimibus Legati mittebantur, ^{missos,}
honorarentur, exciperenturq[ue] sumptu publico li-
beraliter, datis muneribus, quemadmodum ex
Sidonio probari posse adfirmat Jacob. Revardus
lib. 5. varior. cap. 6. qui sic lib. 5. Epist. scribat:
Hi sunt, qui invident Tunicatis ocia, stipendia
Paludatis, viatica Veredariis, Mercatoribus
nundinas, munuseula legatis. Quae sola de cau-
sa novae interdum indictiones decernebant De-
curiones. Et tunc quidem Municipales illi, qui gra-
tia & favore quodam singulari, aut etiam largi-
tionibus indemnitate[m] decurionum decretis con-
sequerentur, ambitiosi, & decreta, quibus inde-
mitates hujusmodi continebantur, ambitiosa
dicebantur. Quò referendum est, quod hic scri-
bit Salvianus.

ffff. 2

Pag.

Pagin. 158. Tributa miseri pro pervasoribus solvunt.) Edictum in pervasores existat apud Casiodor. libr. 9. variar. 18. ubi vide, quae notat Gul. Fornerius.

Armare & exarmare iram.

Pag. 167. Ipsi in nos iram divinitatis armamus.) Ita exarmare iram apud Boet. libro 2. de consolat.

Exarmaveris impotentis iram.

Benevolentia praestabilior armis.

Pag. 166. Benevolentia septum oportet esse non armis.) Vide quae not. ad illud Boet. lib. 4. de consolat.

Quos vides sedere celso
Solii culmine Reges,
Purpurâ claros nitente,
Septos tristibus armis.

AD LIBRUM VI.

Pag. 173. Qui annis nomina tribuunt.) Vid. Gul. Forner. lib. 1. select. cap. 12. & Jac. Durant. Casel. lib. 2. variar. cap. 5. ubi ex Sexto Pompejo & Petronio Arbitro docet, in sulso & rudi seculo apud Romanos clavis annos numerari solitos, quos secuta aetate paulo cultior & elegantior per Consules numeravit. Venuste Claudianus in Epigrammate de sene Veronensi:

Frugibus alternis, non consule compu-
(tar annum.,

Autumâ pomis, Ver sibi flore notat.

*Pag. 281. Risus corruptio disciplinae.) Bar- nab. Brissonius lib. 2. de Regio Persarum Princi-
pau*

patu ostendis ex Herodoti lib. 1. inter cetera, quæ ad
rectam, nec satis unquam laudatam Persarum. Persæ risum
disciplinam spectarint, non infimum locum obti- solutio re con
nuisse, quod risum maxime, solutum & effusum tinebant.
continuerint, nec in publico cachinnu sustulerint.

Exinde constat, tanto futiliores fuisse incolas Hy- Risu inepto
pate, quanto liberius in risum ineptum, quo. Ca- nullares in-
tullo teste, nulla res ineptior exarserint. De quo- eptior.

rum ritu ita Byrrhena apud Apulej. l. 2. Metam.
Solemnis dies à primis cunabulis hujus Urbis
condite craftinus advenit, quo die soli mor- Risus Deus
taliu, sanctissimū Deum Ri s u m hilario solempni ritu
atque gaudiali ritu propitiamus. Hunc tua propitiatus,
præsentia nobis efficiet gratiorem. Atque u-
tinam aliquid de proprio lepore lætificū ho-
norando Deo comminiscaris, quo magis ple-
niusq; tanto numinilitemus?

Pag. 191. Si enim illustrem ac præpotentem Atrox inju-
virum,) Atrox injuria fit aut personâ, aut tem- ria fit tripli-
pore, aut reipsâ. Personâ, cum Magistratui, ceter,
cum parenti, patronove, vel aliâs spectate aucto-
ritatis viro injuria fit: Tempore, si in ludis & in
conspectu Prætoris: Re, si vulnus illatum, aut os
alicui percussum sit. Ita Labeo ait apud Ulpianum
in l. Prætoris 7. S. sine. ff. de injuria. Ad atrocem
injuriam, que persona fit, Salvianum hic respicere
adserit Jac. Revard. l. 1. c. 9.

Pag. 194. Quidquid immunditiarum est.)
Mirifice hunc locum illustrat J. Lipsius cap. 2. De
amphitheatro.

Pag. 196. Navigare per fluctus bella cœpe-
navalis Enyó runt.) *Hinc* navalis Enyó, apud *Martial.* *libr.*
spectaculor. Epiq. 24.

Ne te decipiat ratibus navalis Enyó,

Furiosus nulla *Pag. 204.* Voluntas crimen non habet, ubi
voluntas, nul- furore peccatur) *Planè idem statuunt nostri* *¶ C.*
lus (census. ex quibus *Pomponius lib. 6. ad Sabinum ait, Fu-*

riosos nec sentire posse, nec consentire. *l. si tibi.*
8. § unius ff. de opt. leg. Item Julianus lib. 37. Di-

gest. eisdem per omnia & in omnibus absenti-
um vel quiescentium loco haberi, *confirmat*

l. 2. § furiosus ff. de jure codicill. Ulpianus quoq, l. 1.
ad Sabinum scriptum reliquit; compotes men-

tis furiosos non esse. *l. qui testamento. 20. ff. qui*
testament. fac. pos. cui omnino succedere videtur

Lactantius lib. 7. Divinar. Instit. cap. 12. dum ait:
In furiosis mens extinguitur, anima manet.

Quin & hoc ipsum est, quod teste Macro ¶ C. l. 2. de
jud. pub. D. Marcus & Commod. Scapula Tertullo

rescripserim in hac verba: si tibi liquido cõperium
est Aeliũ Priscũ in eo furore esse, ut continuã men-

tis alienatione omni intellectu etu careat; nec subest ul-
la suspicio, mairẽ ab eo simulatione dementiã occi-

Elegans r. a. sum: potes de modo pœna ejus dissimulare, cum sa-
tio, cur fu- tus furore ipso puniatur. l. Divus, 14. ff. de offic. præs.
riosus non fit Senec. in Herc. Furente v. 1096.
puniendus.

Solus te jam præstare potest

Furor in fontem: proxima puris

Sors est manibus, nescire nefas.

Pag. 208. Usus vitę humanę habet, ut refe-
ratur gratia) *Gratitudo, ut res longè honestissima,*

possum à philosophis commendari; quandoquidem
equitas & ratio naturalis dicitur, ut bene merenti-
bus gratiam habeamus. Unde & splendidissima
Tyriorum colonia decus Ulp. l. sed etsi. 25. §. consi-
luis. ff. de pet. her. scribit, naturaliter nos ad remu-
nerandum obligari. Cui omnino suffragari vide-
tur ipse Salv. l. 4. contra Arar. p. 151. ubi inquit:
Natura ipsa hominū consuetudoq; cōmunis
hac q. generali cūctos lege cōstringit, ut à qb.
aliquid liberalitatis accepimus, plus ei gratiæ
debeamus: arctat quippe nos ad retributiōem
dati accepta largitio. Ante usum. n. ac muni-
ficiantiā liberalitatis alienæ liber est quispiam,
beneficiorū foenore non gravatus: coguntur
a, omnes ipsa conscienciā suā ad repensatio-
nem vicissitudinis, postquā esse cœperint de-
bitores. Alitamen opinatur, nullam hic esse pro-
priam naturale obligationē, que reverà sit illa, pro-
pter quam si non experiri in iudicio, salitō petere &
flagitare q. debuit, & si nō præstetur, conquiri pos-
sumus. Quod sanè nec ipsa ratione destituitur. Ec-
quus n. insiciabitur, id esse turpe, & viro prudenti
non cōvenire, si ab eo in quem beneficiū contulerit,
ut hō, & aliquid, ceu debitū poscat? annon bene-
fici nomen amittet, & in creditum transfigurabi-
tur? Qua de re post Senec. libr. 3. de benefic. Fr.
Duar. ad l. si pupillus 127. ff. de V. O.

Pag. 122. Aurum quod pendimus, munera
vocalmus.) Boet. lib. 2. de cons. Gaudetis sese res
aliter habentes falsis compellare nominibus,

ffff 4

quæ

Gratitudo
res honestis-
sima.

Naturalis
ad remune-
randum ob-
ligatio.

Vocabula
res non ha-
bentia.

quæ facile ipsarum rerum redarguuntur
effectu.

*Mancipiorū
conditio.* Omnes quippe captivi.) *Cornel. Tacitus, in
vita Agricole:* Nata servituti mancipia semel
veneunt, atque ultrò à Dominis aluntur: Bri-
tannia servitutem suam cottidiè emit, cottidie
pascit. *ex quibus verbis Salvianum suam hausisse
sententiam innuit J. Lyps. in Notis ad d. l.*

Mercenarij. Illorum more dominorum nobiscum bar-
bari agunt) *Vestigia hujus moris supersunt in l. h
mancipia 19. §. Paulus. ff. de instr. vel instr. leg. l.
suos. 73. §. proinde ff. de Legat. 3. Ejusmodi vero
mancipia, mercedibus pro-nereendis in dies, men-
ses, annos locata, Mercenarios indigetasse veteres,
testatur Senec. lib. 7. de benefico. cap. 5. his verbis:*
Nec conductum meum, quanquam sis domi-
nus, intrabis; nec servitium tuum, mercenarium
meum, abduces: & abs te rhedam si condu-
xero, beneficium accipies, si tibi in vehiculo
tuo federe permisero.

AD LIB. VII.

*Romanorū
avaritia.*

*P. 235. Prætereo avaritiæ inhumanitatem,
quod proprium est Romanorum.) Referenda
huc verba Salustii, qui de Jugurtha, populum Ro-
manum opibus in suam sententiam perturbante,
sic scribit. Postquam Româ egressus est, fertur,
sæpè tacitus eo respiciens, urbem venalem, &
maturè perituram, si emptorem invenerit.*

*Carthago
Romæ emu-*

*Pag. 241. Illa scilicet Romanis arcibus sem-
per*

per æmula.) Eandem appellationem Carthagini *la Velleius*,
attribuunt. *Plin. Salust. in Catilin. Pompon. Mela* ^{Paterculus;}
de situ orbis lib. 1. cap. 4. Appositè L. Florus lib. 2. ^{in pr. l. 2.}
rerum Romanarum; Adfectabat ut Romanus,
ita Pœnus Siciliam & eodem tempore pari-
bus uterque votis ac viribus imperium orbis
agitabat. *Claudian. de bello Get. v. 392. canit:*
Urbes inter se clarus de culmine rerum con-
gressas. *Romam nempe & Carthaginem intelli-*
gens. Ceterum de nobilissima hujus urbis excidio
& reparatione ita Solinus in Polyhistore, cap. 29.
Carthago post annos 737. exciditur, quam
fuerat exstructa. Deinde a C. Gracho colonis
Italicis data, & Junonia ab eo dicta. Aliquan-
tis per ignobilis, humili & languido statu. De-
num in claritate secundæ Carthaginis inter-
& P. Dolobella Coss. evituit, alterum post ur-
bem Romanam terrarum decus.

*Carthago al-
terū terra-
rum decus.*

Pag. 250. Quotus enim quisque sapientium *Rebus secun-*
est, quem secunda non mutent) *Salust. in Catil. dis mutan-*
Quippe secundæ res sapientium animos fa- *tur animi.*
tigant. *Ovid.*

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. *Conjectura*

Pag. 249. Cum indicia quædam monstruo- *J. Revardi.*
sæ impuritatis sibi innecterent.) *Jac. Revard.*
lib. 4. variar. c. ult. Vult, pro monstruosæ hic le-
gendum menstruosæ. quasi dixerit Salvianus,
non eos solum habitum, formam & incessum mu-
liebrem adsumsisse, sed etiam indicia quedam

fff s

men-

Ad Epist. IV.

Gracula.

Pag. 284. Vestra gracula.) *Crediderim ita decenter vocatos fuisse infantulos, qui nescio quid inarticulatum ore hianse proferunt, nec voces emissas lingua nerunt distinguere. De quibus ita M. Min. Felix in Octav. Relictis liberis, annis adhuc innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, loquela ipsa offensantis lingue fragmine dulciore.*

Domini & domine vox varie usurpata.

Vestra domnula.) *Quam variè domini & dominae vox fuerit antiquitus usurpata, ex variis autoribus industriose demonstrarunt Levin. Torrentius in com. ad C. Sueton. Augustum. B. Briffon. lib. 8. de form. & sol. populi Rom. verbis. J. Lips. in com. ad lib. 2. Annal. C. Taciti M. Ant. Muret. & Joh. Obsopæus in notis ad Senec. Ep. 3. Gul. Forner. lib. 1. select. c. 21. & 19. Cujac. in Recit. sol. ad l. Tutia. 19. ff. de annuis leg. C. Rittersbus. ad Epist. Plin. & Trajan. Desid. Heruld. in Animad. ad 2. Martial. lib. 6. Epist. 88. M. Ant. Delrio, comm. in Thyrist. Sen. v. 205. Illi sanè clarissimis probarunt testimoniis à Prefectis & aliis Imperatores, à consultoribus Jurisperitos, à liberis patres, à fratribus blandientibus fratres, à conjugibus conjuges, ab obviis obvios, & tandem heredes appellatos fuisse Dominos.*

Nemo, res liberos quod sciam, advenit, etiam parentes liberos suos per honorem & blanditias ita vocasse. Id verò fuisse factum ex elegantissima hac Salviani epistola

stola liquido apparet, nem ex Madanrensis philos.
lib. 6. Metam. Tunc Jupiter (ua ille!) perpresâ
Cupidinis bucculâ, manuq; ad os suum re-
latâ, confavjat, atque sic ad illum: Licet tu,
inquit, Dõmine fili, nunquam mihi concessu
Deũ decretum servaris honorem, &c.

NOTÆ

AD SALVIANI MAS-
filiensis Libros,

Contra Avaritiam.

AD PRÆFATION.

Pag. 6.

Maximas opes heredibus, interdum etiam extraneis derelinquat. *Heredes str̃i
Et, pro suis.* Strictè un-
tur hic vocabulo Heredes proq; iis duntaxat po-
nit, qui non aliunde acciti, sed domi sint nati, cum
alioqui constet, etiam extraneos heredes rectè ap-
pellari. Magis expresse Plinius secundus in Pa-
negyr. Trajano dicto heredes domesticos extraneis
opponit, & illos ait bona nunquam ut aliena & spe-
randa, sed ut sua semperq; possessa, ac deinceps pro-
ximo cuiq; transmittenda capere.

Pag. 7. Superfluè uni aut paucis scribitur, *Communis
ubi est causa cunctorum.* Similia ferè verba, culpa non nu-
quam vis à re adversa apud Propert. l. 2. Eleg. 30. mi adscriben-
da.

Quod

Quod si nemo extat, qui vicērit alitis arma;
Communis culpæ cur reus unus agor?

*Aura laudis
hominis.*

P. 8. Humanæ laudis aurulam.) *Boeth. lib. 2.
de consolat.*

Mortalis aura nominis.

AD LIBRUM I.

Prodigere.

Pagin. 15. Prodigunt quæ sunt sua.) *Infra
lib. 3. pag. 96. prodigē comedere. Modestinus:*
Plebiscito continetur, ut ne quis præsidium,
munus, domum, caperet: nisi esculentum,
potulentumve, quod intra diei proximis pro-
digatur.

*Avarus he-
redis gaudiū*

Herēdibus breve gaudium.) *Phædrus:*

--- Avarē, gaudium heredis tui,

Qui ture superos, ipsum te fraudas cibo.

*Anime ter-
reni ponderib.
oppressa*

Pag. 16. Animas proprias, quæ vocantur ad
coelum, terrenis ponderibus in terram pre-
munt.) *Sic & Boethius libro primo de con-
solat.*

Nunc jacet effecto lumine mentis

Et pressus gravibus colla catenis

Declivemq; gerens pondere vultum

Cogitur, heu, stolidam cernere terram.

P. 20. Bona parentum non nisi mortuis eis
possident.) *Rationem sug gerunt nobis Juriscon-
sulti, qui dicunt, possessionem esse jus haben-
di rem corporalem, eo animo, ut sibi eam
habeat. Cujus juris liberi nostri quos adhuc in*

potē-

poritate habemus, minime sunt capaces. Tenere
quidem possunt, et possidere non item. Quid
quod idem simul ac aliquid adquisierint, vel ap-
prehenderint, neq; momento aliquo in eorum per-
sona subsistat, sed id statim pater possideat? l. Pla-
cet. 79. ff. de acq. vel om. her. l. Quicquid Filium, 4.
ff. de acq. vel om. poss.

Liberi tene-
re possunt &
possidere nō
item.

Pag. 22. Non denique fundos intermina-
biles.) Seneca l. 7. de benef. c. 10. O miserum! si
quem delectat sui patrimonii Liber magnus
& vasta spacia terrarum colenda per vineas,
& immensi greges pecorum per provincias
& regna pacendi, & familia bellicosis na-
tionibus major, & ædificia privata laxitatem
urbium magnarum vincencia.

Patrimonii
liber magn.
Senec. Epist.
90.

Qui vicinitatem injuriam putent.)
Apulejus libro 9. Metamorph. Fruere exitio to-
tius nostræ familiæ & sanguine trium Fra-
trum insatiabilis tuam crudelitate pascere,
& de prostratis tuis civibus gloriôsè triumph-
a; dum scias, licet privato suis possessioni-
bus paupere, fines usque & usque proter-
minaveris, habiturum te tamen vicinū a-
liquem.

Vinum om-
nes habe-
re cogimur.

Paginà 25. Substantias suas pro libidine,
quibuscunque heredibus transcribant.)
Substantias pro libidine heredibus transcri-
bere, nihil his aliud est, quàm patrimonium
pro

pro voluntate & arbitrio in heredes transferre. Substantiam pro patrimonio accipi, patet ex l. fin. C. de R. & V. S. Patrimonium verò licet propriè sit, quod nobis à Parentibus & Majoribus relinquitur & obveniat; Usu tamen loquendi è res deducta fuit, ut cujusvis generis bona eo nomine intelligantur, l. 3. §. bonum. ff. de bonor. possess. l. si qui stipulatus. 122. §. 1. ff. D. V. O. Transcribere idem est, quod jure cesso tradere, vel jus nostrum in alium transferre. Ita in fr. lib. 3. pag. 95. Supellectilis varia ornamenta alicui transcribere. Et paulo post: Res suas donatione alicui transcribere. Virgilius libro 7. Æneid.

Libido pro
Voluntate

Turne tot incassum fufos patière labores
Et tua Dardaneis transcribi scepra colonis?
Gul. Budæus ad l. si vir uxori. 12 ff. de prescr. verb.
pro libidine, h. e. pro voluntate, pro arbitrio.
Catull. carm. 17.

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat.
Et Salust. orat. 2. pro Repub. ordin. Plerasq; res
Fortuna ex libidine sua agit.

Precarium
commodato
simile.

Pag. 26. Commodato enim à Deo facultatibus utimur, & quasi precarii possessores sumus) Ulpianus: Precarium est simile commodato. Nam & qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodata permittat, l. 1. §. fin. ff. de precar.

Veli-

Velimus, nolimus.) *Ausonius*: Fabula de nuptiis est, & velit, nolit aliter hæc sacra non constant. *Nolite, velis:*

Pag. 32. Non ipsæ divitiæ per se noxiæ.) *praclare Censorinus de die Natali, ac Quinti. Cerebellinum*: Te virtutis non minus quam pecuniarum divitem, id est, verè divitem, ista (munera scilicet, & alia Fortuna blandimenta, de quibus ibi loquitur) non capiunt, non quod eorum possessionem vel etiam usum à te omninò abjeceris, sed quod sapientium disciplinà satis formatas, liquidò comperisti hujusmodi sita in lubrico bona malare per se non esse, sed *Divitia per se nec bona nec mala.* *τὸν μίωτον* bonorum malorumque medià ceneri.

Pag. 36. Qui decepti lubrico ætatis.) *Plin. Lubricum lib. 3. epist. 3.* In hoc lubrico ætatis non Præceptor modò, sed custos etiam Rectorq; quærendus est. *Ulpianus*: Ætatis lubrico captus. *l. Verum. 12. §. si locuplet. ff. de minorib.*

Pag. 36. Ad sensum suum insani homines post furorem redeunt.) Ad sensum post furorem redire *idem est, ac pristinum rationis cursum reperere.* *Sensus pro ratione apud Vlp.* illud quidem dubio procul observatur, eam personam, quæ furorè detenta est, quia sensum non habet, nuncium mittere non posse; *leg. si cum dotem. 22. §. si Maritus. ff. solut. Matrimon.*

Pag. 45. Cumque omnium suputaveris nū-

gggg meros

Supputaria
digitorū ge-
sticula.

meros.) *Tertullian. in Apologet. Cum digito-
rum supputariis gesticulis addidendum est.
Pot. Fab. lib. 3. semestr. c. 23.*

AD LIB. II.

*Umbratilis voluptas, ad
jectio, nomē.*
Pag. 60. Umbratilem voluptatem.) *Ita in-
fra lib. 3. pag. 93. Umbratile propinquitatis no-
men. : Et libro 4. paginā 143. Umbratilis ad-
jectio.*

Pag. 79. Terris frumenta credimus.) *Ful.
Firmicus Maternus lib. de error. prof. vel. Novit
agricola, quando terram aratro dimoveat,
quando sulcis frumenta committat. Boeth. l. 2.
de cons. lar. ga. negantib. Sulcis semina credidit.
ubi vide. quae ex Tib. annotavi.*

*Conventiōes
publicae, quae
per pacem
fiunt.*
Pax quoque inter feras.) *Non equidem ad-
firmare, nec tamen omnino dubitare ausim, quin
respexerit noster auctor ad conventiones pub-
licas, quae nimirum ex publica causa fiunt,
per pacem, quoties duces belli quaedam in-
ter se paciscuntur, de quibus conventionibus
Petr. Fab. lib. 1. Semestr. Vincent. Cabotus lib. 2.
disputat. cap. 15.*

*Incubare au-
ri ponderib.
opibus, talen-
tis, metallis,
aureis folli-
bus.*
Pag. 82. Auri ponderibus incubarint.) *Sic
infra l. 3. pag. 114. Nequaquam hoc ei proderat,
quod opib. ac talentis ejus Germani incubab-
ant. Et lib. 4. pag. 158. Incubant defossis à me
talentis, premunt argenti & auri congestas
strues. Apulejus lib. 4. Metam. Solus ac solita-
rius parvâ, sed satis munitâ domunculâ con-
ten-*

rentus pannosus alioquin ac sordidus, aureos
folles incubabat.

AD LIBRUM III.

P. 93. Quibus umbratile aliquod propin-
quitate nomen inscribant.) *Ex Quintil. hec
hasisse videtur, qui Decl. 32. Quoties (inquit)
blandiri volumus his, qui amici videntur, nul-
la adulatio procedere ultra hoc nomē potest,
quā ut fratres vocemus; adeo inane etiam
nomen & umbra quædam naturæ videtur si-
mile amicitie nomen imponere.*

*Umbra natu-
ræ.*

Imaginarii parentes.) *In iure civili (quod ob
oculos semper habuit noster Presbyter Massilien-
sis, adeo ut iam ex his, quā ex aliis libris elu-
ceat, fuisse eum non minus Theologum disertissi-
mum, acque Jurisconsultum peritissimum.) ima-
ginaria illa dicuntur, quæ plus habent speciei
& simulationis, quā veritatis. Imaginaria
venditio. l. 26. de reg. jur. Imaginarius emptor,
l. 1. qui, 4. S. ergo ff. de manum. ff. Colonus. l. qui
per collusionem, 49. ff. de act. empt. Nuncius, l. du-
bium. 3. C. de repud. Imaginaria sollicitudo, inf.
libro eodem.*

Cum vinculis filiorum non constringan-
tur.) *Rutil. in Itiner. de Pallad.*

Ille meæ secum dulcissima vincula curæ
Filius affectu, stirpe propinquus habet.

*Ita sane legendam, ut monuit eruditissimus mihiq;
amicissimus M. Virdungus. Male in Onuphrii*

gggg 2

& Sim.

*Rutilius cor-
rectus.*

Et Simleri edit. Cunnæ, Et in Castilionis Cunnæ.
Verum de hac re uberius euidet in adversariis ad
elegantissimum illum auctorem.

Apotheca
pro cellis vi-
naris. P. 95. Cujus apothecas copis tuis repleas.)
Apothecas usurpat pro cellis vinariis. Sic infra
l. 4. p. 194. Christus aquam sibi deesse queritur,
& à te apothecæ ebriosorum vino replentur.
Columella lib. 2. de rer. rust. cap. 6. Apothecæ re-
ctè superponentur his locis, unde plerunque
fumus earum exoritur, quoniam vina, cele-
rius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore
præcoccem maturitatem trahunt.

Piè aliquid
relinquere. Pag. 98. Quibus non solum piè aliquid re-
linquatur) Papinianus; Turbato ordine mor-
talitatis, non minus parentibus quam liberis
piè relinqui debet. l. nam. c. si. 15. ff. de inoff. test.

Aque & i-
gnis interd-
itio. Pag. 100. Quibus non omnino exhorribus
quasi aqua & igni interdicitur) Cum hic fiat
mentio aquæ & ignis interdictionis summam
exponendum duximus, quod statim Republ. M.
Porcius Cato Trib. Pl. Roma legem tulerit; Ne
quis magistratus in civè verberibus animad-
verteret, necaretve, sed condénato exiliù per-
mitteret, hoc est, aqua & igni interduceret. Cum
ante nudatorù cervix infereretur furca, corpusq;
virgis ad necem cederetur. Cic. pro Rabir. Salust.
in Catilin. Livius lib. 20. Quemadmodum igitur
nuptiis aqua & ignis, tanquam vitæ & generatio-
nis alimenta, adhiberi solebant, cuius moris me-
morat Scævola l. Seja penult. §. virgini ff. de donat.
inter.

inter vir. & ux. in supplicio digni his duobus so-
lebant prohiberi, adeo, dum in ejus poena locum
deportatio succederet. l. peculatus. 3. ff. ad L. Jul.
pecul. Eleganter Lactant. libr. 2. de divin. institut.
Exulibus aqua & igni interdici solebat; ad-
huc enim nefas videbatur, quamvis malos,
tamen homines supplicio adficere. Interdicto
igitur usu earum rerum, quibus vita hominum
constat, perinde habebatur ac si esset, qui eam
sententiam acceperat, morte multatus: adeo
ista duo elementa prima sunt habita, ut nec
ortum hominis sine his, nec vitam credide-
rint posse constare.

Proprietate
peculii con-
sequendo con-
servum testamento liberum esse jubet, & ei sequimur si-
mul omnia
incrementa.
Pagin. 104. In qua scilicet proprietatem
peculii consequuntur. Tzophonius: Qui
peculium legat, ejus temporis peculium pe-
culium legare intelligi Julianus scribit, quo
libertas competit; ideoque omnia incremen-
ta peculii quoquo modo ante aditam heredi-
tatem acquisita ad manumissum pertinere.
l. pen. §. i. ff. de pecul. Quod subjungit noster eos-
dem servos jus testamentarium consequi; idem quo-
que prater Paul. l. qui in testamento. 14. ff. qui te-
stam. fac. pos. docet Cajus lib. 1. instit. Probe tamen
observandum, quod jure veteri non omnes li-
berti testamentum facere potuerint, sed ii
duntaxat, qui Cives Romani fiebant, h. e. qui
sensu, vindicta, aut testamento manumissi erant,
ut scribit Ulpian. regul. 1. 2.

Liberti, qui
fiebant cives
Romani, te-
stamentum fa-
cere potue-
runt.

Libertinorum

Pag. 105. More ergo illorum uteris) Ut nihil tria genera.

gggg 3

anti-

antiquitatis penitus ignoretur, sciendum est. Libertinorum tria fuisse genera. Optimo jure erant, qui cives Romani efficiebantur, ut ut Connubii, testamenti, usucapionis, nexūs, tutela, & patrie denique potestatis, quod proprium erat civium Romanorum, jus consequerentur. Medium gradum obtinebant Latini. Legem enim tulere Jun. Silanus, L. Norbanus Balbus Coss. Anno DCCLXXI. ut si servi, qui neq; censu, neq; vindictā, neq; testamento; sed aut per epistolam, aut inter amicos, aut cōvivii adhibitione, liberi fierent non cives Romani, sed eod. jure, quo Latini Coloni, essent. De qua Lege & ejus capitibus Fr. Hotom. in lib. de ll. Rom. Pessimā conditione fuerunt Dedititii, ad eorū effigiem ut dicitur, qui bello superati se suāq; victori dedunt. Isti à plena libertate in perpetuum repellabantur. Licet enim & Latini Juniani destituerentur jure Civium, nec justam libertatem adipiscerentur; tamen eā adipisci poterant, si inter amicos aut in convivio, aut per epistolā manumissi (quib. modis libertas data Latina tantū appellabatur) postea censu, vindictā, & testamento (quae species justae libertatis erant) indulgentiā utem Principis, jus Quiritiū acciperent. A. Politian. miscell. c. 84. Lav. Torrent. in C. Sueton. Augustum. §. Lipsius ad l. 13. Annal. Corn. Taciti. C. Rutershusius ad Epist. Plini & Traj. 105. Porro ut ad nostrum

Civitas melior latinitate. auctorem redeamus, venisse & luculenter ille ostendit, quam melior Latinitate fuerit civitas. Vivebant. n. Latini ut liberi, moriebantur ut servi.

*l. i. C. Theod. de pet. her. Ratio erat, quia testamenti
factione non habebant. Itaq; eorū quatuorū bona
ad patronos q. ser. vorū peculia ad dominos redibāt,
l. i. C. de Lat. lib. ioh. Jure novo Latinorū & De-
dititorum conitio est a Justiniano sublata;
atq; adeo sicut ex Constit. Antonini ingenti omnes,
qui sunt in orbe Romano, Civēs Rom. sunt: ita li-
bertini omnes ex Constit. Justin. Civēs Romani
sunt. Jac. Cujac. lib. 4. observ. c. 5.*

*Pag. 125. Opes suas aliis devorantibus.) Ita Opes debe-
supr. eod. l. An times fortē ne desint, qui te mor- rare.
tuo, quod dereliqueris vorent!*

*P. 124. Honoratior in morte esse videatur.) Honorati,]
Solebant Honorati vocari illi, quibus testatores a-
liqui relinquebant. l. un. §. ne autē. 9. C. de caduc.
coll. l. fideicommissa. 11. §. plerunq; cum §. seq. ff. de
legat. 3. Cic. in Quint. Moritur repentino, he-
redem in testamento reliquit hunc. P. Quin-
tium, ut ad quem summus mōror morte suā
veniebat, ad eundem quoque summus honos
perveniret. Rationem cur ita vocati fuerint, in-
vestigat Gul. Forn. l. i. select. c. 19.*

*P. 126. Huic clarissimo.) Voculam hanc cre-
bris usurpasse testatores, videre est cum ex aliis,
iūm ex l. pen. §. marri. ff. de leg. 2. l. nomen. 34. §. f.
ff. de leg. 3.*

*P. 130. Habes recipiendorū bonorum ope- Valle auda-
rum satis idoneum Vadem.) Evertit hic locus cia notata,
sententiam Laur. Vall. & Censoris Latina lingue
longe audacissimi, aliorumq; valide Valle anni-*

sentiu. qui pro vero obtinere non dubitant, Vadem
eum duntaxat esse sponfore, qui in re capitali
detur. Quam sua sententiam confirmant aucto-
ritate Plauti, Horatii, Livii, Quintiliani, Val. Ma-
ximi, Corn. Taciti & alior. Sed. ecce animadvertit
7. Rev. ad LL. 12. tab. c. 5. item H. Giphan. c. 1. de

Vades & in
civilib. & in
capitalibus
causis dabatur.

fide. Jus. non tantum in capitalib. sed etiam
in civilib. causis Vades dari solitos; quod ex so-
la, quam Cic. pro Quintio scripsit, oratione probari
possit. Pulcre Alex. apud O. Curt. lib. 9. Nec tamen
illi turbæ confido. Vestras manus intueor, ve-
stram virtutem; rerū quas gesturus sum præ-
dem vademq; habeo. Quamdiu vobiscum in
acie stabo, nec meos, nec hostiū exercitus nu-
meravero. Ceterom a vade deducitur vadimo-
niū, quod est promissio iudicio sibi; & vadari, quod
idem significat atq; locupletes fidejussores postula-
re, qui aliquem certa pecunia sponsione vadimo-
nium obiturum præstent. Plura hac de re G. Bud.
in Annot. ad 1. de O. 7. Bris. l. 5. de formul. Car. Si-
gon. l. 1. de iudic. c. 20. & plurima lectionis 7C. Ant.
Herm. c. 3. de fidejussor. n. 43. est.

Vadimoniū.
Vadari.

P. 134. Nesciens quo iturus) Phædr. in avar.
Abiturus illuc, quo priores abierunt,
Quid mente cæca miserum torques spi-
ritum. Sic Imp. Hadrian.

AD LIB. IV.

P. 147. Agnatos atq; adfines suos Christo in
morte præponere.) Piam antiquitatem etiam
Dominum nostrū Jesum Christum scripsisse
here-

Dominus
noster Jesus
Christus scri-
ptas heres.

heredē, vel ex asse, vel pro parte, manifeste patet
ex l. f. C. de SS. Eccl. Quaecumq; v. ita relinqueban-
tur, competebant sanctiss, Ecclesiis ad hoc quidem
ut ad pauperum alimoniam conferrent.

P. 151. Nam & naturā ipsā.) Ediffertatū hac
de re in not. ad. hb. 6. de Gubern. Dei, p. 208.

P. 155. licet fidē cingulo ad feras nota, nō solos
cingulo usos seculares, sed etiā eas, q; Deo militarēt.

Cingula usq;
Clerici.

P. 157. Quia minus solveris sponsonis) vid.
Alc. Forn. Brechañ, Gædd. ad. l. sponso 7. de V. S.

P. 159. Distenduntur deliciis à me relictis.)
Supra lib. 3. pag. 96. ad nauseam redundantem vi-
scera ex saturata distendere.

Natant tricliniorum redundantium pavimenta vino: falerno nobili lutū faciunt.) De
tricliniis, à tribus lectis dictis, veterumq; accum-
bendi more accuratissime Gul. Philand. in Annot.
ad Vitruv. de architectura l. 6. c. 5. Nobis (quem ta-
men in suis ille Annotat. omisit) mirifice arrisit ille
Petronii Arbitri locus, quē dignū omnino censui-
mus, ut his notis insereretur. Ita ergo ille: Ut cunq;
lassitudine abjecti, cenatoriā repetimus, & in
proximā cellam ducti sumus; in qua tres lecti
strati erant, & reliquus lautitiarum appa-
tus splendidissime expositus. Iussi ergo discu-
buimus, & gustatione mirificā initiati, vino
etiā falerno inundamur.

Triclinia.

Luxuriant in peristromatis) *est genus Cortinae* Babylonici floris varietate & ele-
gantia conspicua, qua parietes & aula teguntur: *idem*

est genus
Cicero: con-
ciliaria per-
istromata

5

idem tamē hominis cultus quoq; convenisse. Videre est ex l. infratum 45. de V.S. ubi G. Bud. Adi præterea Steph. Forc. in penu juris civ. c. 4.

Vestimenta serica, bombycina.

Fornicatur in sericis quæ reliqui) Sericis vestimentis in usum publicū damno severitatis admissis, ostentare potius corpora, quam vestire primò femina, deinde etiam viri consueverunt, testante Solino in Polyb. c. 51. Hæc vulgo confunduntur cum bombycinis, quæ a bombyce vermiculo nomen habent. Is enim longissima fila ex se generat, ex quorum textura bombycinum conficitur. Serica sunt ex genera quodam lana, quod Indis populi Seres ex arboribus depectunt.

Cautio pro pignore.

P. 163. Mendacibus atq; perjuriis cautione facta & dato fidejussore, res creditur. Cautio angustius hic accipitur pro pignore, ut in l. i. §. jubet, cum §§. seqq. ff. de collat. Probè autem notandus est hic locus De usu fidejussorum & pignorum, qui non modo jure civili, sed etiam naturæ est consentaneus, hac ratione, quia contra hominum mendacia & perjuriam major fiat libertas commercionum. Nam alioquin plurimi contractus impediuntur, si aut pignorum, aut fidejussorū non esset usus. Eadē mendacia perjuris & perfidia compinguntur, ut nonnunquam creditor neq; pignore solo, neq; fidejussoribus sit contentus, sed utramq; cautione simul exigat, quod & Salvianus in nuere hic videtur, & perspicue traditur in l. creditori, 2. C. de fidejussorib.

Creditores interdū fidejussores & pignora conjunctim exigunt.

Finis Notar. Theod. Sitzm.

JOHANNIS
ALEXANDRI BRAS-
SICANI JC.

ANNOTATIONES
IN SALVIANVM.



D Salonium.) *Huius*
Saloni *Trenne Galliarum Episco-*
pi, cui Salvianus librum suum
nominatim inscripsit, sapissime
inminit Sidonius Apollinaris in

Epistolis, & Gennadius etiam in Salviano.

Omnes admodum homines.) *Usus est fer-*
me Salustiano exordio. Videtur autem hic admo-
dum particula usus esse pro quidem vel eequidem,
nam & in aliam partem non semel hac utitur Eu-
cherius Lugdunensis, & Salvianus etiam noster
aliter usus est, ut suo loco indicabimus.

Mundialium negotiorum.) *Videtur usus*
esse dictione suo seculo familiaris, nam alias mun-
diale vix facti facu auribus eruditorum. Neq; ve-
rò ob unam aliquam voculam, ut quidam solent,
integrum auctorem damnare convenit. Quando
in omni re sit improba ac reprehendenda præteritis
melioribus malorum selectio, ut Cicero in libris de
legibus docuit.

Scholastici Latinitate sunt tumida.) *Sic*
constanter habet exemplar descriptum. Proinde ni-
hil immutare volui, atq; utinam omnes eadem re-
ligione præsertim in re sacra, hoc est, in castigandis
veterum libris uterentur. Neq; verò Latini ser-
montis

monis elegantiam damnat Salvoianus, sed ita latinatatem elevat, ut Cicero etiam in primo libro de Oratore docet, si non scientia plurimarum & optimarum rerum illi conjuncta sit, sine qua verborum volubilitas inanis atq; irridenda est. Sed & hunc locum doctioribus rectius vel explicandum, vel restituendum (sacrilegii enim genus est restituere velle id, quod nescias) in medium relinquo.

Magistrum suum Philosophia.) Magna laus Pythagorae. Quippe quem ipsa Philosophia magistrum suum agnovit, id quod satis approbat vel unicum hoc verbum de illo vulgatum.

Animus per omnes mundi partes.) Hoc Eufusius explicat Plutarchus libro primo de placitis Philosophorum: & Virgilius libro sexto Aeneid. hoc respexisse videtur,

Principio coelū ac terras camposq; liquētes
Lucentemq; globum luna, titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore
(miscet.

Fabii, Fabritii.) Eiusmodi virtutum & virtute praestantium virorum exempla, deprehendes apud Valer. Max. lib. 4. c. 3. & 4.

Decem argenti libras.) Is fuit Cornelius Rufinus, ut Valerius Maximus docet lib. 2. cap. 4. de nota censoria.

Etiam in catenis.) Haec sententia ad Stoicorum

eorum *in* *manu* pertinet, & Horatius Poëta indicat
lib. 1. Epistolarum ad Quintum nihil plane sapien-
ti viro nocere posse.

Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pent heu
Rector Thebarum, quid me perferre, pati q;
Indignum coges? Adimam bona. Nempe pe-
(cus, rem,

Lectos, argentum: tollas licet, Et manicis, &
Compedibus sævo te sub custode tenebo.

Ipsè Deus simul atq; velim me solvet opinor.
Hoc sentit, moriar, mors ultima linea rerū est.

Anaxarchus etiam Philosophus cum pistillis fer-
reis tunderetur, Tunde, inquit, Anaxarchi pe-
ram, neq; enim Anaxarchum contundis. Possent
hic multa congerere, nisi me non commentarios,
sed annotationes aliquot, scripturum pollicitus
fuissem.

Carnes.) Novè dixit habitus corpus & nul-
to valetudinis adverse periculo offensum aut im-
minutum.

Infirmitas carnis.) Galenus Medicus in
protreptico scribit ex Hippocratis sententia, summe
bonam corporis valetudinem esse periculosam.
Unde & Plato Academiam locum insalubrem
sibi delegit, ut immodicam corporis incolumitatem
& prorsus inoffensam valetudinem hoc cœu reme-
dio repræteret. Meminit ejus rei Gregorius
Theologus in monodia in Basilium Magnum.
Et Basilium Magnum ad nepotes. Liem Aeneas Pla-
tonis

ronicus Christianus in dialogo de immortalitate anime.

Manus tendimus.) Hoc etiam Aristoteles in libro de mundo agnoscit: *Ευεμπροσθενος δε χειρὶς βιότῳ ἀνά τὸν αἰῶνα δίδωσιν ἡλιακὴν καὶ ἀστρῶν ἐν ἀποστολῇ ἀνατείνουσαν τὰς χεῖρας ἐς τὸν ἰσθμὸν ὀψίας ἀνατέλλουσαν* Et c. Hoc est, confirmant hoc etiam viventes omnes. Quippe qui Deo summam attribuant locum, Omnes enim deprecantur ad cœlum manus tollimus. Unde toties est hoc repetitum apud Homerum, *ἤϊοι δ' ἤχαιας ἀνέχον* Et apud Virg.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendens.

IN LIBRUM III.

Quoniam in secundo nihil non aperitum est.
De quibus lis est, relinquere jubet.)

IN LIB. IV.

Implent canonem.) Summa cum elegantia dictum hoc est. Servi ita demensum suum accipiunt, ut interea tamen strenue cogantur esurire. Ratio loquendi desumpta est a canone frumentario. Cæsius meminisse Asconius, Pedianus, Suetonius, Lampridius, Spartianus, & alii. Extat etiam lib. XII. Codicis, Tu. de canone frumentario urbis Romæ.

Si extra conscientiam suam sunt.) Hinc pertinet vulgata illa D. Hieronymi regula, ubi generalis disputatio de vitiis sit, ibi nullius persone injuriam esse, neque quenquam acerbius reprehendi quasi

quasi malus sit, sed omnes admoneri ne sint mali.
Sic Martialis,

Hunc fervare modū nostri didicere libelli,
Parcere personis, dicere de vitiis.

Naturæ admirabilis gemmas.) Nempe magnetem lapidem, de quo Lucretius ita scribit in 6.
Quæ magneta vocāt patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finib. ortus, & c.
Meminit ejus prolixè D. Augustinus in 21 lib. de
civ. Dei. Hæc autem Salviani valde quàm elegans
similitudo sumta est ex Platonis dialogo, quo son,
sive de furore Poëtico inscribitur: eam quoniam
Angelus Politianus in nutriciis non infeliciter ex-
pressit, nō gravabor ascribere, Ceu ferreus olim

Annulus, arcana quæ vi magnetis caules
Sustulerit, longam nexu pēdente catenam
Implicat, & cæcis inter se conferit hamis:

Syricorum.) Sic constanter legitur. Quam-
obrem nihil temere vel radere, vel substituere vo-
lui. Qui autem sint Syrica, hæcenus me nec legisse,
nec audisse memini. Apparet tamen aliquot mer-
catorum genus, ita dictū fuisse, nisi quis legere ma-
lit ex conjectura, Syrorum, qui celebres aliquando
sunt habiti, auctore Strabone, in omni mercatus
genere. Verum & isthic nihil pronunciaſſe volo, sed
doctorum judicio, ne luem meam faciam, rem-
non ita apertam delega.

Initia nostræ religionis) Hæc omnia non mi-
nus verè quàm graviter confutat Tertullian in Apol.
& Laët. Firmian. non uno loco in libris divina-
rum institutionum. Ra-

Raritas bonorum.) Ita *Furvenalis*,

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot
Tebearum porta, vel de vitis ostia *Nili*.

Baogandas.) *Dictio* est mere barbara, sed se-
culo suo familiaris ac recepta. ut ejusmodi multa
vocabula Gothorum impressio jam multis regnis
quam etiam lingua latina, colonis intuli. Sic a. ap-
pellabant transfugos prorsus inculpatos, qui ob in-
clemente potentiarum dominationem, ob crebras
intolerabiles exactiões, ad hoc servitutē quavis
morte duriores, ad barbaros profugissent.

Novi nuncii noyarum epistolarum.) *Fusti-*
manus Imp. lib. 22. Cod. Tit. ult. gravissimam pec-
nam in eos statuit, qui vel bella regū, ubi desinant,
vel ubi victoria feliciter e venerit, aut ubi fastus
honor quibusdam datus fuerit, si compositam pacis
tranquillitatem, si princeps sacros vultus (sic enim
ipse de se loquitur) inbianrib. forte populis inferat,
immodico precio nuncia dixerit, &c. *ejusmodi*
et vixit nihil aliud fuit, quam pauperum preda.

Capitatio.) *Capitationem* novae, sed eleganter
dixit, quando tributa singulis per capita imponun-
tur. *Ufus* est ea voce, nisi me memoria desiciat,
alibi *Fulvius Capitolinus*.

Malefica potentis.) *Circen* veneficam intel-
ligit, qua solebat homines in canes & porcos, &
ejusmodi immunda animalia demutare. De qua
re copiose scribit *Homerus*, & post enim noster *Vir-*
gilius. *Plutarchus* autem in vita *Homeri* signen-
tum hoc doctissime ut omnia explicet.

h h h

Per-

Personanter.) *Novè dixit, hoc est in personam tantum unius, nemine interea suo nomine notato. Quod Cornelius Tacitus in dialogo de Oratoribus expressit, Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus.*

Si fuerit tamen aliquis.) *Respexit ad modestiam illam Virgilianam*

---- si quis tamen hæc quoq; si quis

Captus amore legit. Sic Persius Satyr. 7. Quis leget hæc? min' tu istud ais? nemo Her- Vel duo, vel nemo, &c. (cule, nemo?

Unum sæpissimè malum.) Huc pertinet nobilis ille versiculus Hesiodi, ab Æschyme Rhetore ad Versus Timarchum honorificè citatus.

Admodum dixi, i. e. praecepit cur- su, & proclivatis animis in perditionem ruunt.

Tribulis.) Tribuli (vel ut Graeci vocant triboli) sunt machinula ferrea, dolosa, tetragonâ formâ, quæ in quamcunq; partem incubuerint, unum aut plures infestos aculeos protendunt. Val. Maximus, Q. Curtius & Vegetius Muris vocant. Hoc ex fide multorû autorum, uti solet, locupletissimè probat Gul. Budæus in primis in ff. annotationib.

Odeis.) Jul. Pollux, & Suetonius Tranquillus agnoscunt idæos, id est, odeum, locum cantoribus destinatum. Odei à Constantio extructi meminit etiam Ammianus Marcellinus.

Petaminariis.) Nihil memini me de iis vel ap. Græcos, vel apud Latinos legisse. Jul. Pollux ejus- modi

modi vocabulorum locupletissimus autor, quod ego
quidem deprehenderim, nusquam mentionē facit
de Peraminariis. Neq; Politianus illos in Panepi-
stemonā suā retulit: apparet autem sic appellatos
fuisse circulatores quosdam, nostrā etiā atate non
incognitos, qui sese volaturos esse promitterent:
quemadmodum funerepi per extensum funem in-
cedunt. [¶] Quod Græcis est volare, unde vox deriva-
ta videri potest: sed & hic libenter cedam, si quis
aliquid doctius, vel quod propius ad rem accedat,
attulerit. Ego quod nec debui, neq; volui, nihil te-
merè immutandum esse arbitratu sum.

Pantomimis.) Sic dicuntur omnium persona-
rum imitatores effectoresq;.

Gigantum.) Res est notior, quā ut de illa
multa dicere debeam, certè gigantes non alios intel-
lexit antiquitas, quā qui contra naturam pugna-
rent, ut est apud Ciceronem in Catone majore, &
Macrobiū lib. Saturnal.

Imminente jam admodum excidio.) Ad-
modum nunc dixit valde quā proximè, & quod
ajunt penè in ipsis foribus.

Thymelicorum.) Thymelici dicti sunt à pul-
pito ubi consistebant, quod [¶] *Thymela* Græcè dicitur. Si-
erant citharædi, citharista, lyrista, & tibicines.
Citharædi qui & fidicines dicuntur, citharæ acci-
nunt, Citharista citharā tantum pulsant, non et-
iam accinunt: thymelici autem in Orchestra a-
ctiones suas peragebant, ut *Jul. Pollux* & Latini
complures auctores testantur.

h h h h 2

Angui-

Anguinum illud monstrum.) Hydram lerna-
nam intelligit, cum qua multum atq; diu con-
stitutus est Hercules. Propter ea quod uno reciso ca-
pitae complura renascerentur.

Mortis imago) Ex Virg. l. 1. Aeneid.

..... crudelis ubique

Luctus ubiq; pavor, & plurima mortis imago.

Est & apud Hieroniam Prophetam cap. 11

Idem genus) *παύσησθε*, ubi in Graeca Latini literis
erat descripta. Sic enim appellat munuscula qua-
piam insigni dulcedine ac suavitate commendata,
quib; pueri non semel ad omne genus obsequi per-
trahuntur, id quod & Quintilianus in 1. elocuit:
& Horatius:

... Ut quondam pueris dant crustula blandi.

Doctores, elementa velint ut discere prima.

Nisi quis alia conjectura aut divinatione dicitur
legere male, *παύσησθε*, quae Suidas interpretatur res
in deliciis habitus, & ex omni parte nobis charas.
Sed respicio conjecturam ut mutanda lectio. Et
παύσησθε fere in turpi significatione ponuntur; *παύσησθε*
& *παύσησθε* *παύσησθε* *παύσησθε* habebat
tur ab Imp. in deliciis.

Passivitate) Nove dixit, *παύσησθε* Graecis pas-
sivus est, nimirum is, ut Simplicius in Categorias
Aristotelis docet, in quem passio sive affectus ali-
quis ferendi, tolerandi ve cadere possit. Unde facile
licebit assequi, quid passivitatem intelligi velit,
quanquam hic impure rei attribuitur.

Maritum gregum.) Apud Virg. legimus, Vir gre-
gis ipse caper. Et Papinius dixit, Stabilius maritum,

cum

cum de taura admissario. h. e. ad initium elef. lo-
queretur. Cic. in Pison. admissivum pro homine
pervagat a libidinibus posuit. Lucanus autem mariti
vocabulo valde quam honeste usus est. lib. 2. Pater
est, urbiq; maritus. Cum de Catone loqueretur,
qui Rempubl. Romanam quasi conjugali fide ac a-
more complectebatur.

Sardoniacis herbis.) Hoc Erasmus roster in
Adag. Chiliadib. locupletissime interpretatus est,
quam obrem Solani tantum verba asserunt. Is in
Polyhist. c. 10. ubi de Sardinia agitur scribit. Hinc
incommodo accedit & herba Sardoniac. quae in de-
fluvis fontaneis provenit iusto largius: ea si edulio
fuerit, vescentibus ne vos contrahit, rictu ora di-
ducit, ut qui mortem appetunt, velut ridentium
facie intereant. Sic Pacatus in Panegy. Theodosto
Augusto dicto. Serenos ergo nubilis membris vul-
tus induebamus, & ad illorum rictum qui degu-
stato Sardoniarum gramini succoferuntur in morte
ridere, imitabamur leta mcerentes.

Uter totius fecunditatis.) Sape est ap. Ho-
mer. & Nicand. in Theriac. *ἄρα δὲ γῆς* i. e. ubi
terra, quod Diogenes interpretatur. *τὸ πλοῦτον γῆς ἀρε-
φικὸν* & *ἄρα τῆς γῆς*, id est, hoc quod terra proventiat, &
pinguis & ad alimonia magis appositum. Ita Virg. 3. *En-*
quae vos à stirpe parentum

Prima tulit tellus, eadem vos ubere læto
Accipiet reduces.

Paradisi imaginem.) Eam Homerus in descri-
bendo horto Alcinoi expressit, ut scribit Justinus
Martyr & Philos. in Apolog.

hhhh 3

In

In miserationem hostium.) Elegans & mirè
scita sententia, omnibus suppliciis, ac gravissimis
quibusq; exemplis acerbiorē esse pœnam, te mise-
rum esse, ut ab hostibus etiā miserationem extor-
queas. Sic Diomedes apud Virg. lib. II. En. volens
ostendere quicunq; tandem Trojano excidio inter-
fuissent, cum nullo non malorum genere conficti-
tos fuisse. Quæ res Priamo etiā hosti miseranda
videri potuerit. Sic autem loquitur,

Quicunq; Iliacos ferro violavimus agros
(Mitto ea q̄ muris bellando exhausta sub altis
Quos Simois premit ille viros) infada p̄ orbē
Supplicia, & scelerū pœnas expēdim⁹ omnes,
Vel Priamo miseranda manus. Quod Servius

ex illo Patruvi sumptum p̄ utat,
Si Priamus adesset, & ipse ejus cōmiserescerit

Inviolentia) Nove dictum, sunt enim qui
velint aliis prodesse, ac si interea minime sunt n-
levoli, quoniam non male volunt, sed non volunt
ut ita dixerim.

Viris nihil magis pudori.) Ulpianus etiā
jureconsultus in 2. tit. de auro & argento legato
docet: ut quæ muliebria censeantur, virum (si sal-
tem id vult esse quod dicitur) non facile uti posse si-
ne reprehensione, Unde & eleganti proverbio du-
cipus, Herculem in Lydia, qui cultu indecoro, &
sibi neutiquam accommodato utitur: veluti si sacer-
dos militari sago, miles autem sacris illis vestibus
uteretur. Notum est enim, quā parum viriliter
Hercules apud Omphalien servierit.

Ipsa

Ipsa infelicitas.) Ita Annibalis vires infregit rerum omnium in Campania exuberantia, ut Livius scribit.

Secundâ non mutant,) Salustii sententia est res secundas etiam sapientum animos fatigare. Et Livius scribit, raro simul & bonam mentem, & bonam fortunam hominibus à diis immortalibus tribui. Proinde felicissimus esse dicitur ab Aristotele, cujus fortune sapientia, & sapientia fortuna suppetit. Sic Virg. in X.

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ Et servare modum rebus sublata secundis.

Lixis.) S. Pompejus lixas interpretatur, qui exercitum sequantur quasi gratia. Sic autem dicitur, quod extra ordinem militum sint, eisq; libertate quod libuerit: ejus autem obsecra impunitatis, cujus hic mentionem facit Salvianus, meminisse Quintilianus in declamationibus.

Exclamare super vires meas.) Ita Socrates in Clitophonte Platonis dialogo, & Crates apud Plutarchum de liberis educandis, ex altissima urbis parte tanquam ex tragica quadam machina, inania studia & perditissimorum hominum vitia reprehendunt.

Quæ in se dulcedinem.) Respexit ad proverbium, τὸ σῦν ὄνγ, τὸ σὺν ὄνγ τὸ σὺν ὄνγ. Ficus ficus, ac lagonem appellans lagonem.

Uxorem, inquit Socrates, propriâ nullus habeat.) Locus est apud Platonem lib. 5. de Rep.

Libros condidit.) Nusquam certe vel apud Gra-

Græcos aut Latinos scriptores invenio. Socrate ali-
quid scripsisse, ac ad posteritatem transmississe. At
Plato in uno loco fatetur ingenie sese nihil aliud
scripsisse, quam quod ex Socratis dissertationibus
acceperit.

Cœlestem.) Tertull. in Apol. cap. 23. cœlestium
Africe Deum nominat, nos in Salviano nihil im-
mutare volumus, qui cœlestem eum, uno inesti-
num scelus appellat. Est autem aliàs non infelix
anonymus in duabus illis dictionibus cœlestus
& sceleratus.

Taureis.) Sic appellat lora ex tauro corio de-
secta, quibus lorarii noxios cadebant.

Coitus.) Conventus ita vocavit, & ejusmodi
improborum conventicula.

JOAN. BRASSIC. ANNO-
TATIONUM

In VIII. libros Salviani Massiliensis Episc.

FINIS.



782

1-

